

Examen libelli cujusdam, cujus
ridicula inscriptio est

Kauff mich Dir/

Das ist:

Sründlicher/ Warhafftiger
Vnterricht von der Communion
vnd Niessung hochheiligen Sacraments vnter ei-
nerley Gestalt,

Durch

CHRISTOPHORUM JOANNEM Keinhele.

Quod

D. T. O. M. A.

SUB PRÆSIDIO

WILHELMI LYSERI SS.

Theologiæ Doct. & Profess. Publ.

publicæ disquisitioni proponit

M. CONRADUS Barthelsz/ Fac. Phil. Adjunctus.

In Auditorio majori ad diem 7. Octobr.

Horis matutinis.



Prostat WITEBERGÆ apud JOHANNEM
HAKEN, Anno 1630.

~~III~~ = #

coll. diss. A
92, 33

59. A 192 (33)

1771

Handwritten text, mostly illegible due to fading and bleed-through.

Sächs.
Landes-
Bibl.

Handwritten text, mostly illegible due to fading and bleed-through.

Handwritten text, mostly illegible due to fading and bleed-through.



PRÆFATIO

ad Lectorem.



Quando nostri Theologi locum *2. Thess. 2. v. 4.* Pontifici Rom. accommodant, ac de hoc illum interpretantur, quod hic ipse sit homo ille peccati, Filius perditionis, qui adversatur & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut qui colitur ita ut in templo DEI tanquam Deus se deat, ostendens se tanquam sit Deus: duriter & inhumanè nimis secum agi fortè conquerentur, quod Apostolus de tali homine loquatur, qui se Deum dicat & faciat, & sic sit peculiaris & propria Antichristi nota futura; Pontificem autem tanti sceleris à nobis immeritò accusari; nullibi se DEUM vocantem vel facientem. Verum enim verò considerent secum rem Paulò attentius. An non humanitatis metas manifesto excedit, & divinitatem adfectat, qui se in sententià ferendâ infallibilem esse iudicat, ac in universis religionis capitibus & controversiis summū sibi uni iudicium arrogat? quod facit Papa. Nam si quæras, unde portentosa hæc

Papa se
DEUM fa-
cit. *2. Thess.*
20

PRÆFATIO.

sententia veteribus è diametro opposita, qua versionem Vulgatam Latinam præferunt fontibus Græco & Hebræo, ita ut fontes è versionibus emendandos censeant *Gregorius de Valentia, tom. 3. disp. 1. quest. 1. punct. 7. § 43. Jacobus Gretsero defens. Bellarm. 2. c. 11.*
 Audies, quia Ecclesia ita constituit. Cum verò Ecclesia sit totum quoddam è pluribus iisq; diversis partibus aggregatum, ac proinde infallibilitas omnibus & singulis tribui nequeat, & instabis, quæ pars ita constituerit, cui utpote infallibili innitatur fides, non dicent singulos fideles, neq; singulos doctores neq; congregatos in Synodo universali, multò minus particulari, sed Papam utpote in quo solo infallibilis Ecclesiæ authoritas sita est; *Videatur Becanus de circulo Calv. § 12. Joh. Mariana de Regis instit. l. 1. c. 6. & sic pleriq; inprimis Jesuitæ, & qui Romanæ curiæ student.* O asserionem impiam! Omnis homo mendax est h. e. vanus & inconstans ait *Psal. 116. v. 11. Et DEUS verus: omnis autem homo mendax Paulus Rom. 3. v. 4.* Errare igitur humanum est, non errare Angelicum, errorem defendere & in eo perseverare diabolicum. *Tertull. adversus Marcion. Augustinus l. 2. de Baptismo.*

Errare humanum est.

Papa Ecclesiæ caput.

Docent Pontificem Jure divino & ab ipso Christo constitutum esse Ecclesiæ caput & Principem, ac hinc potestatem habere supra jus dispensandi.

Inno.

PRÆFATIO.

Innocentius III. nocentissimus in decretal. c. proposuit, *Ar-*
 rogat sibi supremam potestatem in temporalibus.
Petrus Bertrandus Episc. Edvensis & Cardinalis tractatu de o-
rigine & usu jurisdictionum q. 4. D. Martha Neapolitanus in
urbe Romæ advocatus in p. 1. c. 18. tr. de Jurisdic. Benedictus de
Benedictis in libro suo Bononiæ excuso in inscriptione præfixa vocat.
 Paulum V vice Deum, Christianæ Reipub. Mo-
 narcham, invictissimæ & Pontificiæ omnipoten-
 tiæ conservatorem acerrimum. Docent per de-
 finitionem Pontificis articulorum fidei numerum
 auctum iri. Certè *Baronius* ex antiquitate & histo-
 ria se demonstrare ait, ab arbitrio Romani Pontifi-
 cis pependisse fidei decreta sancire & sancita mu-
 tare *tom. 4. annal. Anno 373 3. 21.* In Concilio Lathera-
 nensi & publico orbis terrarum theatro *Leo X.* pas-
 sus est se vocari Leonem de tribu Juda, ac radicem
David sess. VI. Ab alio accommodari sibi ista patitur
 scilicet; Dominabitur à mari usq; ad mare, & à flu-
 mine, usq; ad terminos orbis terrarum, coram illo
 procident Æthyopes & inimici ejus terram lingent
 & adorabunt eum omnes Reges & omnes gentes
 servient ei: subjungitur, ceu *Leo rex quadrupedū,*
 tu alter *Leo Rex hominum,* non *Rex tantum sed*
Regum Rex & orbis terrarum Monarcha evectus
Sess. VII. Ab alio conspectus ejus divinæ majestatis
 conspectus appellatur, eiq; uni omnis in cœlo &

Augeve pos-
 test fidei
 articulos.

P R A E F A T I O .

in terra tradita à Domino potestas affirmatur *Ses. IX.* Nonne hoc est in Templo DEI sedere & sese ibi tanquam Deum ostentare? Nonne tribuit sibi, quæ unius DEI sunt, imò extollendo sese supra DEUM, quæ contra sunt. Arrogat potestatem sibi transferendi regna & Imperia, quod DEI est *Jobi 34. v. 24. Dan. 2. v. 21. c. 4. v. 14. & 29.* Eminentiam super Episcopos juxta Reges contra mandatum Christi *Mat. 22. v. 25. 26. Luc. 22. v. 26.* Vos autem non sic. Negat posse argui & judicari cum tamen Apostolus Christianis det autoritatem, ut tali homini cuicumq; quamvis fuerit Apostolus alias aut & angelus coelestis, denūcient Anthema, Maranatha *1 Cor. 16. v. 22 Gal. 1. v. 8. 9.* Fides & verbum DEI sunt relata, ideoq; se invicem ponunt & tollunt. *Rom. 10 v. 17.* At homo iste novos fidei articulos cudere conatur. Tandem eò devenit, ut de se pronunciari patiatur eloquia Spiritus S. quæ dicta sunt de DEO & filio DEI *Apoc. 5. v. 5. Gen. 22. v. 9. Psal. 72. v. 9. 10. 11. Matth. 28. v. 18.* Hæc satis testatum faciunt Papam se Deum facere. Siquidem non credendum est, mysterium iniquitatis tam manifestè & propalàm peractum iri, ut præsiliat homo mortalis, seq; DEUM immortalem appellet, rideretur ab omnibus, & Anticyras navigare juberetur. Hæc satis prægnantia sunt ut deficient

ant

PRÆFATIO.

ant homines à Pontifice, qui prior à DEO defecit. Equidem me operæ precium facturum existimavi, si sacrilegium istud, quo Servatoris nostri testamentum morte ipsius confirmatum, parte alterâ materiali contra expressam testatoris voluntatem mutilatur & truncatur per sacrilegam benedicti calicis sanguinisque Christi subtractionem, ob oculos ponerem; quod unicum sufficiens causa esse potest secedendi à doctrina Pontificia. Hoc enim Pontificiæ sedis advocati haud aliter atque suum coccysum cuculus, iterare & ingeminare non desinunt, quare ne sibi videantur aliquid fuisse, contundere oportet.

Causam autem nostram ita agam, ut *κατὰ πρόθεσιν* seqvar tractatum hac de re scriptum Christophori Joannis Reinhelts Pfarherrns vnd Predigers in der OberKirchen S. Martini zum Jawer excusum Glogaviæ Anno 1629. Quem tractatum, DEO volente, nonnullorum suasu ad refutandum sumsi. Ad illud sacrilegium enim amplectendum, non tantum suos auditores hortari & perfvadere conatur, verum etiam varias calumnias in Lutheranos effundit, ut quod doctrinam suam falsissimam didicerint à mendacissimo humanæ salutis hoste, Diabolo, quod atrocis voces ac blasphemias

sphe-

PRÆFATIO.

iphemas in Eucharistiæ sacramentum jacent, ac in hoc passu enormiter peccent &c.

Hoc modo procedam, ut quantum fieri potest claram sententiam Authoris proponam & juxta ordinem ab ipso observatum responsiones nostras subjungam. Certe eo affectu, quo Moses & Paulus *Exod. 32. 32. Rom. 9. 1. 2. 3. 4.* erga fratres suos fuerunt, hoc perficiam. Deus optimus Maximus ducens in omnem veritatem perducatur hoc nostrum institutum ad finem exoptatum.



AD



AD PRÆFATIONEM

Authoris



A B initio meritò miramur, quod non tantum alleges S. Prophetas, Apostolos, imo Christum ipsum in hac præfatione sed aliis in locis dogma vestrum de comunione sub unâ vis ex illis probare. Nam sane cum non sis homo infallibilis, Auditores tui vel qui legent tuum scriptum non statim tuæ allegationi fidem adhibebunt sed necesse erit, ut textum inspiciant, an hæc ita se habeant quæ scribis, exemplo Berrhoensium, qui quæ Paulus & Silas prædicaverant, quotidie ad scripturas examinabant *Ac. 17. 11.* ac eam ob causam laudantur. Nunc tui socii alios ad scripturas legendas non hortantur, sed potius arcent atq; deterrent. Cum enim nobis Eccius, hanc sententiam tribuit in Enchiridio suo *loc. 4. de scriptura* scripturam adeo facilem esse, ut illam vel rudis populus legere possit, colligimus ex adverso Pontificiorum sententiam esse, arcendum esse populum à lectione scripturarum quia adeo obscuræ sunt, ut à Laicis plebe & foeminis intelligi non possint, contra mandatum divinum *Deut. 6. 6. 8. 9. Deut. 31. 11. 12. Job. 5. 39.* Unde censores Colonienses scripturam adeo obscuram esse asserunt, ut doctissimis etiam vix cognoscibilis sit *cenfur. & artic. 1. pag. 117. 2.* Pro-vocas ad certamen

Pontificij
arcent à
scripturis
non sacer-
dotes.

A

men

men scripturarum § 3. quod tamen disvasit socius tuus Albertus Pigbus lib. 1. de Eccl. Hier. c. 4. fol. 16. fac. 1. ita scribens. Cujus Apostolicæ doctrinæ si & nos memores fuissetus (hæreticos scilicet non esse informandos vel couindendos ex scripturis fol. 1. §. fac. 1.) meliore sane loco essent res Christianæ. Sed dum ostentandi ingenij & eruditionis gratia cum Luthero in certamen delectur scripturarum, dum ad publicas disputationes provocatur, breviter dum non vitantur hæretici excitatum est hoc, quod prohi dolor videmus, incendium. Sic Georgius Ederus in Malleo hæreticorum lib. 2. c. 7. pag. 321. hanc ponit propositionem defendendam: Hæreticos non esse admittendos ad Disputationem de scripturis, tum quod orthodoxis tantum competat scripturarum possessio, tum quod ex congressibus istis plus mali, quam boni oriri soleat.

Alphonsus Salmeron Tom. 13. disp. 8. in Epist. 8. Pauli p. 219. Irenæus docet, ortâ medicâ aliquâ quæstione recurrendum esse ad antiquissimas Ecclesias, non ad scripturas. *Et pag. 220.* Hæc ille (Tertullianus) docens, cum hæretico de scripturis minimè disceptandum: tum quia hæreticus convinci non potest, tum deniq; quia ad eum non pertinet possessio scripturarum. Ergo non poterit conformis esse consensus in vestra Ecclesia ad quem provocas vel dicti socii, aut tu met non eris membrum Ecclesiæ veræ. 3. Deniq; absurde disputas ex vestra hypothese, nam scripturam ad hibes loco probationis quam tamen ambigam, dubiam & controversam proclamatis. Quicumque igitur utitur medio termino ambiguo & controverso, ille male disputat, siquidem principia necessariorum syllogismorum oportet esse certa, indubitata, non controversa nec fallacia.

Sic

Næ est consensus totus inter Pontificios. Malè disputant.

Sic argumentaris § 1. 2. & 3. Sancti Prophetæ Apostoli, & Christus ipse severe & maximopere monent, i. ne ultimis temporibus sub specie verbi & nominis divini à vera religione deviantibus, erroneis doctrinis adhærentibus, Fideles interea illudentibus, contemnentibus, & persequentibus consentiamus, omni opera illos vitemus & fugiamus. 2. Ut majorum nostrorum vestigia premamus & filiali obedientia prosequamur. E. contra sanum sensum scripturæ contra Regulas & traditiones S. Ecclesiæ, contra opinionem & consensum populi Christiani, contra instituta, majorum nihil faciendum approbandum, credendum, concedendū & accipiendūquam quod illi fecerunt crediderunt & observarunt. Majorem non sine deliberato consilio omisisti, ne tam facile fucus & nuditas argumentationis appareat. Complemus igitur hoc modo.

Quos sancti Prophetæ, Apostoli, & Christus ipse maximopere monent ne ultimis temporibus, sub specie verbi & nominis divini deviantibus &c. illis contra sanum sensum scripturæ, contra traditiones Ecclesiæ &c. nihil credendum. R. quod multa membra confundat, ut Sophistæ in more habent. Membra illa omnia in prædicato sophisticè posita non præscripserunt Prophetæ & Apostoli ac sic connexio eorum cum subjecto non conceditur. Videbimus quo ad singula membra.

I. Major erit hæc: Qvicunque cavere debet à falsis doctrinis is nihil accipiat vel credat contra sanum sensum scripturæ. Quis secundum ipsos est sanus sensus scripturæ. Nempe quem affert Pontifex Rom. Hinc Hosius impudenter scribit *lib. de expresso Dei verbo fol. 622* A cujus (sc. Ecclesiæ) sensu (per quam solus Pontifex

Quinam
sanus scri-
pturæ sen-
sus Pontifi-
cijs.

intelligitur, ut supra probatum) qui discrepat, ejus os non Deus, verum diabolus aperit! Ast hac ratione scriptura non in se erit norma dogmatum, sed ut Papa sensum ex scrinio pectoris assignabit & tunc major est falsissima. Scimus enim Pontificem sapissime errasse & qui potest esse Pontifex medium evidens, quo Deus nostrū intellectum cum rebus fidei jungat, cum homo quidam sit fallibilis, de quo Alphonsus de castro alias Pontifici addictus dicit, cum sæpe non callere Grammaticam. Longe aptius mediū est scriptura in se & per se, quod dicitur ignitū Dei testimonium *Pf. 119. 140.* ut aurū & argentum aliave metalla postquam examen ignis experta sunt, omnis admixtæ fecis praviq; alieni expertia deprehenduntur: sic verbum Dei per se purum ab omnibus ludis & sophismatis exquisite repurgatum David insinuat. *Vide Proverb. 30. 5. Pf. 12. 7. 2. Timoth. 3. 10. Joh. 16. 13. Deut. 30. 11. 12. 13. & 14. Pf. 19. 9. Pf. 119. 105. 2. Pet. 1. 19. Prov. 6. 23.*

Traditio-
nes.

II. Prædicatum est, quod nihil contra sensum & traditionem Ecclesiæ sit accipiendum, Traditio vocatur
1. *Generaliter* quicquid vel viva voce vel scripto traditur sic ipsa scriptura vocatur traditio, *Act. 6. 14. 2. Specialiter*, testimonium
3. *Constitutionem rituum indifferentium*, quæ à majoribus ad nos devoluta est, hæc significatio non est hujus loci. Majorem concedimus de traditionibus in prima & secunda significatione intellectis, ita tamen ut per Ecclesiam non intelligatur absurdè Pontifex, ut fit juxta Pontificios sed vera Ecclesia. Verum in significatione quarta; Quæ per Traditiones Pontificii intelligunt *articulos fidei creditu necessarios* nulla tamen scriptura propositos, quos in eodem dignitatis gradu cum scriptura collocant juxta synodum Tridentinam *Sess. 4.* Sic Major-

scm

rem negamus. Deut. 4. 1. & 12. 32. Ezech. 20. 18. 19. & 20. Gal. 1. 8. 1. Corinth. 3. 11. Coloss. 2. 8. 22. 23.

III. Prædicatum est, quod nihil contra consensum totius populi Christiani sit credendum. Sed consensus Christianorum verorum duplex est, Internus & Externus: Hic qui ore profertur & manifestus est, nonnunquam abest ob tyrannidem persequentium & infirmitatem credentium. E. erit aliquando incognitus, nec potest esse norma fidei nostræ. Internus autem cum in corde sit, ideoque occultus, multominus.

Consensus
Christian.

Instituta
majorum.

IV. Prædicatum est nihil accipiendum contra instituta majorum. Dico si conformia sunt fundamento fidei scilicet sacrae scripturae. Cum tempore Ignatii quidam dicerent εὐαγγέλιον ἂν μὴ ἐν τοῖς ἀρχαίοις ὄρω τὸ εὐαγγέλιον, ἢ πιστεύω. Nisi Evangelium in antiquis in venero, non credam. Sic respondit Ignatius in Epistola ad Philadelphenses τοῖς τοῖς ἐπιστολῆς, ἔγω λέγω, ὅτι ἐμοὶ ἀρχαία ἐστὶν Ἰησοῦς ὁ χριστὸς ἢ ὡς ἀρχαία πρὸ δηλοῦν ἢ λεθρὸν h. c. His ego dico, Jesum Christum mihi pro archivis esse cui non parere manifestum exitium. Dicis! attamen antiquorum fides laudatur E. eorum vestigia sunt premenda. Facili negotio infero, etiam avocamur a viis patrum, sic enim inquit Dominus Ezech 20. 18. In præceptis Patrum vestrorum nolite incedere nec idolis eorum polluamini nec iudicia eorum custodite. Potius igitur nos Lutherani sequimur quod addit ibidem Dominus. Ego Dominus Deus vester in præceptis meis ambulate & iudicia mea custodite & facite.

S. 4. ais, levibus de causis nos descivisse a veteri religione, in qua majores nostri Beate sint mortui ac damnare illos, qui servant religionem majorum nostrum.

R. Prius probare debes, scias vero nos dissensus Causas

Religio an-
tiquissimā,

Majores
nostri in
papatu non
sunt dam-
nandi.

In papatu
fuit vera
Ecclesia.
Baptismus.

minime leves habere sed maxime arduas, quas omnes recensere, hujus loci minime est sed unicum hoc sacri legum adducimus, quod Benedictū Calicem *Mat. 26.* institutū suffuremini ut infra Deo dante probabim⁹. Cum a. per veterem religionē procul dubio intelligas Papisticā vestram pro ut hodie docetur quæ a Dei verbo hominē avocet & ad incertas traditiones remittit quæ hominem perfecte satisfacere legi Dei, & vitam æternam suis operibus mereri posse, &c. docet; Sane illa religio cum non sit antiquissima (quæ antiquitas judicatur ex convenientia cum scripturis quam vis in aliquibus oris quo ad externum splendore vestra diutius quam nostra postquam per Lutherū restaurata fuit, visa sit,) exinde etiam non satis veritas vestræ religionis demonstratur. Nam divortii consuetudinem populus Judaic⁹ mille & 600. annorū plus minus spatio nemine contradicente; servarat. Ast Filius Dei nullā præscriptionis & consuetudinis diurnæ rationē habens cum antiqua scriptura Mosaica illam contulit & inde novam esse tandem concludit *v. 3. Matth. 19.* dicens ab initio non fuit sic. Nec damnamus omnes nostros Majores ut nec hodierno Die in Papatu viventes i. Nam distingvimus inter Papatum ipsum & viventes sub Papatu. Ipse Papatus uti non est vera Ecclesia illa, quæ est ædificata super ipso summo angulari lapide Jesu Christo *Eph. 2. 20* sic non salvus, fiet; Sub Papatu, a. vera etiā membra Ecclesiæ, quæ salva facta fuerūt. Manserunt n. ibi verbum & Baptismus retentæ sunt in Ecclesia prælectiones Epistolarū & Evangeliorum dominicalium, historiaq; passionis Dominicæ; catechismi partes Decalog⁹ scilicet, symbolum Apostolicū, Oratio Dominica. Ex his credim⁹ multos majorum nostrum Christū cognovisse & conversos esse si non pri⁹, tamen moribundos.

dos, 2. Distinguiamus inter controvertentes Pontificios, hodierno die, Nam cum sint fideles & Christiani Pontificii necesse est ut habeant, salutis fundamenta, implicat enim Christianum esse & Christianismi fundamentum non habere. Qui ex illis fundamentum ipsum revocant in dubium vel impugnant, non in tenus tantum sunt Christiani. Quia autem movent controversiam etiam non directe fundamentum evertentem, si, non, quia rectius non intelligunt, sed quia nolunt videri errasse, nolunt cuiquam eruditionis palmas cedere, atque adeo Ecclesiam turbis involvi malint quam suæ existimationi quicquam detrahi non is amplius error intellectus est, sed pravitas voluntatis, & peccatum morale, ii gratia numerove fidelium excidunt, non quidem ob errorem ut error intellectus est, sed ut à voluntate comprobatur. Gal. 5. 19. Eph. 5. 5. 1, Job. 3. 15. Si posterius autem hoc, quod totum à voluntate est, ab sit; ejusmodi error, quatenus intellectum afficit saluti non potest officere. Concedimus igitur multos quidem ut moderno die, majorum contra conscientiam veritatem in articulis circa fundamentum oppugnasse; & quis eos salvos dicet? Si autem circa fundamenta habuerunt tantum errorem manentem in intellectu, nemo nostrorum illos protinus damnavit.

§ 5. Infers, quia Paulus Fidem Romano Catholicam veram pronunciat justam & æquum esse, ut Catholici hodierni (Pontificios sic falso nominans) nullam aliam prædicent, quam ipsis annunciata fuit & acceperunt. R. ex animo precarer ut fidem hanc propagetis, quam Paulus in Epistolis suis annunciavit, an vos autem id faciat is, illud inferius in controversia præsentis videbimus.

§ 6.

§ 6. Nihil præter injustas calumnias in Lutheranos immeritos dicis, quas sine calumnia in vos retorquere possemus, sed potius properandum ad id quod caput rei est, ob quod hunc laborem suscepi.

AD PROOEMIUM DEMONSTRATIONIS de communione sub unâ.

VAniloqua & ad præsentem rem nihil spectantia relinquentes, statum controversiæ urgebimus § 2. Affirmas, Catholicos omnes una nimi voce fruitionem corporis Christi sub unâ specie non taxandam esse docere, sed contrarium vide inferius. Dicis indefinite, illam non taxare; cum tantum Laicorum sub unâ communio ab ipsis defendatur Sacrificantibus ex præcepto sub utraq; distribuatur quod si intermitteretur ac sumerent sub una, ipsi taxandam hanc esse dicent. § 3. Injurioso vocabulo nos novæ fidei appellans gloriosus & nobis præscribi cupis normam, secundum quam sententiam probare, paratus sis quam bene videbimus, simul interrogas an â tua parte stare velimus, si ex eodem fundamento, quo nostram de communione sub utraq; probare solemus, tuam sub una specie probes: Hoc â te simili modo reposcimus, interim nostram probabimus ut demonstramus tuam doctrinæ Christi esse contrariam.

Sententia Pontificiorum de una specie.

Tandem sententiam Pontif. § 4. exponens, illam hanc esse ais. I. Fruitionem unius species non minus salubrem quam utramque. Sic tui focii proponunt. An Laici possint libere sine peccato & sine mandati violatione communicare sub una tantum specie sacramen-

cramen-

cramenti. Quem statim accipimus hactamen protesta-
tione, quod vocabulum speciei non sumamus sensu
Pontificio, pro nuda specie panis vel vini absq; substan-
tia horum, sed pro externo elemento Sacramenti, quia
propter illam externam figuram corpoream in oculos
incurrit.

Vocabulum
Speciei.

2. Utrum Ecclesia potestatem à Christo acceperit
determinandi & decernendi, an sub unâ vel utraq; specie
Laicus communiare debeat. Argumenta tua pro affir-
mativa sententia audiemus, & Deo volente refutabi-
mus, nostramq; negativam firmioribus probabimus,
Conatus nostri ut feliciter succedant Deus triunus in
altis habitans favonio gratiæ clementer adspiret.

ARGUMENTUM TUUM I. SUMPTUM

esse ais ex S.S. divina scriptura.

In hoc laudandus, quod primo loca rem ad fidem sal-
vificam spectantem coneris ex scriptura probare se-
cundum monitum Constantini in Synodo Nicena. Litera-
rum, *inquit* divinitus inspiratarum testimonijs res in
qvæstionem adductas dissolvamus. Sicut S. Moyses contro-
versias exortas in populo Dei ex lege Domini dijudi-
candas satis aperte docet *Deut. 17.* citante Bellarm. *l. 1. de*
V. Dei c. 2. p. 3. n. 10. & sic vos Pontificios aperte conde-
mnante, qui ex scripturis controversias finire nec vultis
nec id posse fieri clamatis. Verum nihil minus agis quam
ut recte concludas. Rhetorice probas *1. & 2. Christus est*
Vollkommenlich ganz lebendig so wol vnter einer als der
andern vnd beyden gestalten. Exinde nunc fluat hæc con-
clusio. E. Laici possunt communicare sine peccato sub
una specie. O bellam consequentiam, Multo peior illa

Scriptura
est norma
controver-
siarum.

Christus est
totus sub
qualibet
specie.

boyp

C

qvæ

quæ fit ex auctoritate allegata à Thoma 2. *secunda q. 11. a. 3.* Hæreticos esse occidendos, quia Apostolus dicit *ad Tit. 3. v. 10.* Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem devota: *missus* id est missum fac. item: septem sunt sacramenta, quia sunt septem morbi spirituales item: quia septem sunt sigilla libri *Apoc. 5.* Est autem argumentum hoc sumptum ex concomitantia, quod frequenter obtenditis. Eo utitur Concilium Constant. *Sess. 13.* & Basiliense *Sess. 30.* Concilium Tridentinum *Sess. 5. c. 3.* Bellarm. *l. 4. de sacram. Euchar. c. 21.* Becanus *de communione sub utraq. specie c. 8.*

Verum R. I. Damus hoc, uti nemo nostrum negat, Christum, ubicunque adest, totum ad esse, si quidem unio personalis duarum naturarum est indissolubilis item: corpus Christi non esse sine sanguine; An autem ex hoc concessio communio sub una specie probari possit, & num propterea sacramentali presentia sanguis Christi sub pane sit, id est quod per negamus. Et hoc partim ex auctoritatibus tuorum sociorum, quod argumentum ad hominem est, partim ex rei veritate. Ad hominem argumentamur, si vera sunt quæ Bellarminus narravit *lib. 3. de Euchar. c. 4. p. 282.* Corpus Christi posse à se dividi respectu loci, ita ut simul sit in cælo & in altari, nec tamen dividi respectu propriæ substantiæ; Quidni simili ratione corpus esse potest in uno loco, & sanguis in alio & anima in tertio, ita ut à semetipsis non dividantur quo ad substantiam & essentialem unionem. Insuper dum Bellarminus fatetur, vi verborum Sacramentalium, totum Christum non esse presentem sub specie panis: simul fatetur totum Christum non esse ibi sacramentaliter presentem, ac proin posse adesse, tamen non statim sacramentaliter, quod

lib. 4. c. 21.

p. 515.

quod dogma vere Theologicum etiam defenditur ab Alex: Alensi par. 4. q. 10. m. 7. a. 3. totus Christus sub utraque specie panis scil. & vini sacramentaliter adest.

Ex rei veritate. R. 1. objiciendo hoc, quod promiseris ex scriptura probare, quod sub una specie liceat communicare: verum probas ex concomitantia, quæ argumentatio fit tantum ex ratiocinatione humana, secumque magna absurda fert, quod ex B. Lutero in libello de utraque specie Tom. 3. Jen. Germ: ostendere possumus. Cum enim Christi corpus non sine sanguine, sequitur quod sanguis ejus non sit sine anima, & hinc quod anima ejus non sit sine divinitate, & hinc quod divinitas ejus non sine Deo Patre & Spiritu S. & hinc quod in sacramento etiã sub una specie sit anima Christi & S. S. Trinitas manducetur ac bibatur una cum corpore & sanguine suo. Et hinc quia Deitas non est extra suas creaturas, sequitur quod cœlum & terra etiam sint in sacramento, & hinc quod Diabolus una cum inferno sit in Sacramento, & hinc quod qui Sacramentum sub una etiam specie edit, etiam sacrificantem comedat, imo sacrificans semetipsum devoret; Vides igitur quæ ex illa concomitantia incommoda sequantur; Optimum igitur erit ut sacram scripturam retineas, cujus finis est nostra doctrina Rom. 15. v. 4. sint delicia tuæ, in quibus non falleris nec etiam fallas August. l. 11. confess. c. 2. hæc est sermo firmior, cui benefacimus attendentes, 2. Pet. 1. 19. Sine qua erramus in rebus Theologicis Marc. 12. 14. Matth. 22. 29.

Concomitantia.

2. Cum ex institutione sacramenti hæc sciamus quod sanguis, qui effunditur nobis porrigatur ut verba institutionis habent Matth. 15. 23. Marc 14. 24. Luc. 22. 20. Sane non fruimur ut concomitans: & ut voluntas Christi clarior

C 2

rior

rior sit, non instituta est fruitio corporis & sanguinis generatim, sive quocunque modo fiat, tunc enim per concomitantiam fortasse satis fieri posset, sed instituta est fruitio corporis, ut quæ edendo, fruitio & sumptio sanguinis, quæ bibendo contingat. Cum igitur concomitantia non præstet bibitionem sanguinis, voluntati & institutioni Christi nequaquam, satisfacere potest: Quod similitudinibus quibusdam è medio creaturarum sumtis adumbrare facilimum esset.

3. Deniq; ex largissima concessione si dicamus fieri bibitionem sanguinis Domini in & cum corpore Dominico, quod tamen non ita habere ostensum est, tamen cum jubeamur Christum audire, ut dilectum Dei filium, in quo sibi complacet *Matth 3.17. c. 17. s. 2. Pet. 1. 5. Collofs. 1. 13. 19. Act. 15.* teste Ambrosio in *1. Corinth. 1. 1.* Indignus est qui aliter celebrat hoc mysterium quam ab eo traditum est. Non enim potest devotus esse qui aliter sumit, quam datum est ab Authore: cur ergo in ejus institutione non acquiescimus, ut sub distinctis symbolis dispensemus, corpus ejus sub pane & sub vino sanguinem, & quemadmodum repetit Apostolus *1. Corinth. 10. 16.* Calix benedictionis cui benedicimus, nonne participatio corporis Domini est &c. Oculi nobis dati sunt divinitus gemini, & utroq; istorum, altero etiam clauso, videmus totam rem visibilem Ergone debemus alterutrum eruere, quia reliquus solus sufficit ad videndam totam speciem. Minimè gentium; sed exinde agnoscimus abundantiam bonitatis divinæ, quod nobis etiam ad idem commodum gemino medio providere voluit. Exclamantes cum Johanne *1. Ephes. c. 4. s. 8. & 16.* Caritas est, & cum Davide *Pf. 147. 5.* sapientiæ ejus non est numerus.

§3. Aliam rationem quamvis satis obscure, quod recte non dici posset, panem hunc qui manducatur salvari, nec tribuit tantum utilitatis posset manducationi panis, quantum alibi utriusque speciei, quod tamen fit *Joh. 6.* Si sumptio unius speciei esset insufficientis.

R. posito, quod Johannes agat, hoc in capite 6. de Eucharistia, scias quod *versa 32. item 33. usque ad 51.* agatur non de Eucharistico pane sed de Christo, Ego inquit salvator sum panis vitæ, h. e. vivus & vivificans. Qui venit ad me non esuriet; non certe quasi hoc loco agat de pane Eucharistico & dicere velit qui me accipit sub pane, non esuriet, sed statim explicat quid sit venire ad se, nempe in se credere: Et qui credit in me non sitiet unquam: ut & *v. 19. 35. 40. 46.* potum quoque adjungit ut declaret se perfecte satiare appetitum hominis: Et merito se præferendum mannae. Panis vero seorsim fit mentio in relatione ad Manna, de quo tanquam pane caelesti gloriabantur Judæi *v. 31.* Si ulterius concedatur *v. 51.* agi de Eucharistia ut multi patres volunt, nihil obtinebis, quia in eodem capite & ejusdem rei explicatione quater à Domino junguntur caro & sanguis ut cibus & potus absolute necessarius *v. 53. 4. 5. 6.*

Cur seorsim
in Joh. 6.
panis mentio
fiat.

Inquis §4. Etiam si mentio fiat bibitionis tamen non additur sub qua specie. Bene. E. cum nec dicatur quod sumamus corpus sub pane, nec communicatio secundum te mediante pane instituenda esset, quod vestra doctrina & praxi contrariatur. Adeas igitur loca, ubi institutio habetur & quibus symbolis communicatio fiat, disce: **Gehe Besiehe den Text.**

Subjungis corporis & sanguinis Christi Essentia non minus in una quam sub utraque tota & salubris accipitur. **Addo; hoc est quod nos negamus.** Nam Dominus tan-

C 3

quam

quam partem peculiarem & æque principalem ac panem constituit calicem. ὡσαύτως similiter & calicem &c. *Luc. 22. 20.* Concedente Bellarmino *c. 22. lib. 4. de Euchar. p. 523.* duo illa signa, videlicet speciem panis & speciem vini esse partes integrales hujus sacramenti. E. non potest fieri, quin subtractio calicis efficiat sacramentum dimidiatum & consequenter, qui tantum sub una communicant non toto sacramento fruuntur. Nam mutilum id dicitur, à quo notabilis aliqua pars integralis aufertur *Aristoteles l. 5. Metaph. c. 27.* Hinc Durandus in *Ration. l. 4. c. 54.* dicit, qui solam hostiam recipit, non plenum sacramentum recipit. Etsi enim in hostia consecrata Christus sit, non est tamen ibi Sacramentaliter, edò quod panis corpus, non sanguinem; & vinum sanguinem significat, non corpus. *Alexander Ales par. 4. q. 11. a. 2. sect. 3.* Sumptio quæ est sub duabus speciebus est majoris meriti, tum ratione augmentationis, devotionis, tum ratione fidei dilatationis actualis, tum ratione sumtionis, completionis & rursus. Sumptio sub utraq; specie, quem modum sumendi tradidit Dominus, est majoris efficaciam & complementi.

Aliam ratiunculam in eodem s' addis nempe hanc, Christi corpus in Sacra cœna seorsim sub pane, & sanguinem ejus seorsim sub vino sumere, non solum non esse possibile verum etiam non prodesse, imò doctrinam esse Antichristi.

Verum nobis nihil licet de arbitrio nostro inducere, sed nec eligere, quod aliquis de arbitrio suo induxerit. Apostolos Domini habemus Authores, qui nec ipsi quicquam de suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, sed acceptam à Christo fideliter disciplinam nationibus assignarunt. *Tertull. de prescript. c. 5.*

Cum

non Cum vero Evangelistæ & Apostolus Paulus ex institutione Christi doceant quod Christi corpus in S. cœna sub pane, sanguis sub vino sumatur, Accipite & comedite, hoc est corpus meum, non inquit Salvator *Matth. 28. 26.* comedite hoc est sanguis meus, similiter de calice. Non potest separari fructus ex Eucharistiæ sacramento, si ad modum institutionis utamur, multo minus contrariatur doctrinæ Christi, quia hæc nostræ doctrina est ipsa Christi doctrina, ut nunc unum non contrariatur sibi, sic nec nostra hæc, doctrina, doctrinæ Christi.

Allegas ex N. T. aliquot loca, quibus contrariè doceamus sed tam congrue, ut Durandus, probare volens, Misam celebraturus caput pectinet & manū & faciem lavet, ex mandato Christi; allegat illud, Christi: Tu cum jejunas unge caput tuum & faciem tuam lava *Mat. 6. 17.* cujus sensus est, ne præ te ferto moestitiam, sed potius lætitiā, qualem ostendunt, qui convivis utuntur. Nam Judæi fragrantibus unguentis sese ungere solebant, cum volebant hilaritati indulgere *Amos 6. 6. Luc. 7. 46.* Talis consequentia & explicatio digna est tua explanatione.

Judeorum
convivia.

Primus locus est *1. Corinth. 1. 13.* divisus est Christus? R. Dividere Apostolo non est Christi corpus seorsim sub pane & sub vino sanguinem accipere, sed cohortatur ibi ad concordiam vehementibus interrogationibus, quæ vim negationis habent. Quasi dicat, Christus est unum caput E. etiam docet, ut habeat unum corpus mysticum quod est Ecclesia. Ac proinde vos tanquam Ecclesiæ membra, sub illo invicem per concordiam coalescatis, non autem in plura corpora per membra scindamini. Applica jam modo hoc dictum ex textu explicatum ad tuum scopum.

1. Cor. 1. 13.

Secun-

1. Job. 4. 3.

Secundus est ex 1. Job. 4. 3. Quicumque Spiritus non confitetur Jesum Christum in carnem venisse, est Spiritus Antichristi. Subsumis de Lutheranis, quod non confiteantur Jesum Christum in carnem venisse. Sed contra conscientiam agis. Hauriunt enim in persecutionibus quæ fiunt à vobis, ab incarnatione Filii Dei vividas consolationes, quod dum fiant conformes imagini filii Dei in cruce Rom. 8. 29. Confer. v. 17. Pro nobis factus est execratio in cruce Gal. 3. 13. 14. c. 4. 45. quod ipsi tandem similes futuri sint ipsi in gloria & hæredes bonorum Dei & gaudiorum cœlestium & cohæredes Christi, quod latius exponit Paulus 2. Thess. 1. 4. & seqq.

Rom. 6. v. 9

3. Ex Rom. 6. v. 9. scientes quod Christus resuscitatus ex mortuis jam non moritur. Minus poteris positam quæstionem concludere exinde, quam Albertus Magnus volens probare κίεris ἐλέησου Græce esse in Missâ pronunciandum quare? quia summa sapientia mundi in Græco floruit Tract. 1 de offic. Missæ cap. 2. Nec ad rem præsentem faciunt loca duo reliqua nempe Ap. 1. 18. Job. 6. 58. Et ex his allegatis locis satis apparet fraus vestra, qui S. Scripturas manifeste depravare non erubescitis, imo ad scopum applicatis, de quo ne Gry in illis extat, hoc sine ut tractatibus vestris Theologicis speciem aliquam inducatis ac homines minus intelligentes eo facilius decipiatis.

Ec. 24. 29.

Nec ad rem facit dictum, ex Ecclesiast. c. 24. 29. qui edunt me adhuc esurient & qui bibunt me, adhuc sitient. Posito enim loqui textum de filio Dei, inde tamen tua conclusio in æternum non sequetur. Loqui autem de sapientia contentiente Augustino de Trin. lib. 15. c. 2. ex inspectione textus apparet; Miror autem quod in tota tua demon-

mon-

monstratione i. nihil pro tua sententia ex verbis institutionis proferas, cū institutio Christi ipfis Pontificiis pro norma sit, non tantum olim Julio Papæ de quo vide *Cap. cum omne 7. de conse. dist. 2.* sed & modernis in causis etiam non tanti valoris, in quæstione enim de pane azymo Bellarm. *l. 4. de Euch. c. 7. p. 429. c. 8. p. 435. Sc. 9 p. 449 Sc. 10. p. 451.* ad verba institutionis recurrit. Sed ne videaris nihil dicere, mavis allegare, quæ ad propositum nihil quadrant. De Patribus hoc loco nihil dicam sed remittere illud ad demonstrationem tuam ex Patribus sumtam. Pergimus ad argumentum sumtum à typis V. T.

A figuris.

§ 6. 7. 8. Sc 9. adducis pro communionem sub una figuras quatuor ex V. T. quæ sint figura Eucharistiæ, utpote, lignum vitæ *Gen. 2. 9.* Agnum paschalem *Exod. 12.* Mannæ *Exod. 16.* Panes propositionis *Exod. 25.* Apud quas nullam ullius potus utpote non necessarij mentionem fieri, ais. Sed respondetur i. ex *Thoma p. 1. q. 1. a. 10.* E solo literali sensu potest trahi argumentum, non autem ex his quæ secundum allegoriam dicuntur. Consentit *Bellarmin. ca. 3. de U. D. lib. 3. p. 214.* convenit inquit: inter nos & adversarios ex solo literali sensu peti debere argumenta efficacia. Et licet nonnulla loca præter literalem contineant mysticum h. e. quæ secundum literam id referunt, quod alterius rei typus est, ac tamen ex ipsis fiant firmæ consequentiæ: Scias quod hujus modi consequentiæ & accommodationes sint ex explicatione Spiritus S., quod nobis constat ex aliis libris, qui & ipsi instinctu ejusdem scripti, ad illum modum exponunt. Ita duo Filii Abrahamæ duo pacta figurant *Gal. 4. 22. seqq.* Aeneus serpens crucifixum Christum *Joh. 3. 14.* Os non comminutum in agno paschali, nullam factam in Christo fracturam ossium *Joh. 19. 36.* Jonas in ceto mortem & sepulturam Christi *Mat. 12.*

Accommodationes
typorum
sumantur
ex scriptura.

D

Et

Et hoc modo, qui in uno loco non nisi allegoricus est sensus, in altero proprius fit & literalis. Hoc etiam proba de tuis allegoriis & allegatis typis, an Spiritus S. ipse illos applicuerit ad negotium S. Eucharistiæ. Si enim Spiritus S. Eas figuras in ipsis scripturis exposuit de communione sub una, tunc firma & certa erit ex illis dicta consequentia, quod tamen minimè præstabis.

II. Negamus illam consequentiam, hæc vel illa res fuit figura unius partis E. G. Panis in sacra cœna E. tantum Christus sub pane sacramentali est accipiendus, nec tota Eucharistia est sumenda, non magis, inquam, hoc sequitur, quam si sic concluderem. Multæ figuræ partem tantum Christi figurabant Etotus Christus non est credendus. Non valet. Nam figuræ similitudinis rationem habent. Similia verò non sunt eadem E, non necesse est ut figuræ rebus adæquentur.

Adimpletio
figurarum
ex N. T. pe-
tenda.
N. T. dies
est.

Tertio si fuerint figuræ Eucharistiæ, illarum eventus adimpletio ex N. T. petenda est. Non nos amplius habemus umbram, sed ipsum corpus *Col. 2. v. 17. Heb. 10. v. 1.* Vetus Testamentum, inquit Augustinus, de vera religione *c. 17.* est occultatio Novi & Novum manifestatio Veteris. In veteri fuit nox in novo affulsit dies *Rom. 13. 12.* Nox fuit, quia omnia ad cultum pertinentia sub involucris Leviticis adumbrabantur, Dies est, quia, in N. Testamento illuxit sol Justitiæ *Malach. 4. 2.* Christus Jesus, qui est lux vera, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum *Joh. 1. 9.* Ille sua actuali institutione & administratione cœnæ ipse docuit, non in solo pane benedicto aut cibo, sed etiam in vino benedicto & potu sacram cœnam consistere; Et proinde illos typos separatim non exprimere totam Eucharistiam, sed omnes esse cumulandos, &

&

& tunc conjunctim totam Eucharistiam indicabunt. Sic Paulus de Sacramentorum figuris tractans 1. Cor. 10. utrasq; figuras cibi & potus conjungit, quando ad Eucharistiam eas applicat v. 3. omnes eandem escam spiritua- lem comederunt v. 4. Omnes eundem potum spiritua- lem biberunt, suo exemplo nos docens, non divisim sed conjunctim V. Testamenti figuras sumendas esse.

¶ 10. Concludis hoc modo: Christum saturasse quinque panibus quinque millia hominum nec legi quod potum addiderit, quidni Christi corpus in animabus ho- minum hoc valeat?

Object. 10.
76.

R. In sacrificio (sic *νόταρον δεπνον* 1. Corinth. 11. 20. Veteres imitatione V. Testamenti & quod ibi praesens sit corpus & sanguis Christi, quæ pro nobis sacrificium Deo Patri in ara crucis obtulit, appellarunt) quod Christus est, non nisi Christus sequendus est. Indeque id nos audire & facere oportet, quod Christus fecit & faciendum esse, mandavit, cum ipse in Evangelio suo dicat: si feceritis (non quod tibi rectum & sufficiens videtur) sed quod ego mando, jam non dico vos servos sed amicos: Cypri- anus l. 2. Ep. 3. Hic mandavit autem ut sub pane corpore Christi, sub vino sanguine Christi anima saturet, ei igitur potius parendum est. Et quam periculosa sint con- sequentia posse ad esse, qualem tu tamē hoc in loco in- stituis extra scripturā, mediante quaestione, nempe Chri- stus potest saturare animā corpore suo sine potu sangui- nis in Eucharistia. E. etiam saturat: Facile exemplis osten- dere possem. Nā & corpora nostra alere sine cibo potest Ergone sine cibo alit? nō sane, quia ita ipsi non est visum. Sic etiam hoc in loco non quaeritur quid possit corpus Christi, sed quid Christo commodissimum videatur.

Euchari-
stia cur vo-
cetur Sa-
crificium.

D

SECUN-

SECUNDAM PROBATIONEM
sumis à conciliis.

*Mutat Na-
tum con-
troversia.*

S. I. **V**icissim statum qui nobis contrarietur, ponis, nempe Christi corpus quod habet sanguinem, animam & divinitatem sub qualibet specie totum, vivum & perfectum adesse. Sanè fallaciter hoc ita ponis: Siquidem non negamus, Christum totum quidem adesse cuilibet symbolo, sed quæstio inter nos hæc est, an Christus totus sit sub qualibet specie Sacramentaliter; hoc est; an secundum corpus & sanguinem hæc duæ partes vi institutionis divinæ sint unitæ cum uno symbolo, vel cum pane, vel cum vino, ut ambæ cum hoc solo distribuantur & sumantur: Hic negativam præcunte scripturâ Lutherani defendunt. Pontificii autem affirmativam propugnant, quam etiam defendere tu in præsentî libello intendis ex conciliis, & quidem his de causis.

*Quare pon-
tificij alle-
gant Con-
cilia.*

*Papista ex
suo cerebro
interpre-
tantur
scripturam*

L Ne videamini scripturam interpretari ex proprio cerebro, eamq; velle in sententiam vestram contra Scopum illius abripere & cereum quasi nasum ex illa facere. Sed loca omnia à te allegata ex Conciliis nullibi scripturam & verba institutionis explicant, quomodo igitur possunt probare, te non ex proprio cerebello eam interpretari? 2. Revera interpretamini ex proprio cerebro, quod sic deduco. Docetis scripturam sacram in & per se consideratam nullam respectu nostri habere explanationem, sive nullum certum sensum sed hunc esse petendum ab Ecclesia, & Conciliis, & tanquam à primo principio, à Pontifice Romano. E. G. unde scio scripturas *Matth. 5. 26. & 12. 32. item 1. Corinth. 3. v. 12, & 13. de pur;*

purgatorio esse exponendas? Inde scilicet secundum vos scio, quia interpretatur ad eummodum Ecclesia, id est Pontifex. Quod igitur ita scriptura sit explicanda in ordine ad humanam cognitionem, dependet à Pontifice. Nunc dico, Pontifex explanationem illam scripturæ quoad nos defumfit aut ex scripturis ipsis, aut non. Si prius; Utiq; S. S. scriptura habet explanationem suam quoad nos, quod negatis. Si posterius, tunc Ecclesia sive Pontifex dedit eam scripturæ explanationem, quam ipsa in se non habet, quod est interpretari ex proprio ingenio & cerebro contra doctrinam Petri, sui scilicet antecessoris quæ habetur 2. Epist. Pet. c. 1. 20. 21.

II. § 2. Quia concilia sæpissimè valde necessaria fuerunt, adhuc sunt & erunt in posterum, per quæ controversiæ in rebus fidei sunt sepositæ & adhuc seponentur.

R. Conciliorum sive conventuum hominum in sacris literis exercitatorum ubiq; magna est utilitas, in remedium controversiarum & hæresium cum veritas è scriptura facilius erui possit à multis, iisque Doctissimis quam à paucis, Errantes quoq; à pluribus majori autoritate redargui; ut perversas opiniones deponant & si nolint publice declarari possint hæretici, à quorum doctrina sit abstinendum. Hæc omnia inquam majorem in Ecclesiâ autoritatem obtinebunt, facta à multis quàm a singulis. Verum jam absolutè necessaria esse, ut tu ais, in omnibus dissensionibus religionis, & sic etiam in iis controversiis, quæ sunt circa fidem, quasi absq; iis fides vera cognosci & hæresis damnari nequeat, hoc est, quod nos negamus. 1. Quia scriptura sufficiens norma est fidei & omnium controversiarum Theologicarum. Ex qua

Utilitas
conciliorum

Concilia
non sunt
absolute
necessaria.

Contradi-
ctio TAN-
NERI.

Veritas non
pendet à
multitudi-
ne.

Potestas
judicandi
dogmata
omnibus
Christianis
conceditur.

Concilium
Apostolo-
rum.

sola, Augustinus, cujus Authoritatem Vos non facile re-
pudiatis, Donatistas & alios Hæreticos absque omnibus
Conciliis & Ecclesiæ definitionibus refutavit, propterea,
quod concilia & Ecclesiæ definitiones non admittebant,
Teste Vestro Tannero in colloquio Ratisponensi pag.
216. edit: *Spirensis responsione ad 15. Testimonium Augustini*
Contradicente sibi in sessione 8. ejusdem colloquij nullam un-
quã fuisse hæresin, quæ ex sola sacra scriptura sufficienter
refutari potuerit. 2. Quia Veritas non à multitudine de-
pendet, & nullibi legimus de privilegio, aut prærogati-
vâ ulla, concilii Generalis supra cætum Parochialem aut
etiam illo minorem. Quare hoc in loco obtinet illud
Philosophicum: Multitudo errantium non parit errori
Patrocinium: Sed unus quoq; privatus, errorem in Ec-
clesia exortum, ostensis scripturæ fundamentis, juste da-
mnare potest, Exemplo Christi & Apostolorum, qui
non expectata aliqua synodo Phariseos & alios conde-
mnarunt; postquam de controversiis judicarunt. Hæc
potestas judicandi dogmata etiam extra synodum omni-
bus Christianis est concessa: Quod testatur Paulus, sic in
controversia suo tempore exorta auditores alloquens
1. Corinth. 11. 13. Vos ipsi judicate, similiter Johannes A-
postolus *1. Epist. c. 4. v. 1.* probate spiritus, imo Christus
ipse *Matth. 7. v. 15.* Cavete vobis à Pseudo Prophetis.

Citas eodem § pro tua sententia obrinenda testimoniū
ex *Act. 15.* de Concilio habito ab Apostolis, ubi inter alia
legimus hæc *v. 58.* Sic placuit Spiritui S. & nobis, quæ
verba consideranda proponis, quasi omnia concilia hæc
pronunciare possint. Verum enim vero,

R. primum illud concilium augustius aliquid in se ha-
buit quam hodierna quæcunq; sive generalia vel parti-
cula-

cula-

cularia quæ post illud sunt congregata. Apostoli enim regebantur à Spiritu S. immediate secundum promissionem Christi *Joh. 14 Jos. 26.* ac hinc multo certius pronunciare poterant, quid sibi placebat. *Vid. 2. Pet. 1. v. 16. 1. Joh. 1. v. 1. Act. 10. v. 40. Act. 1. v. 21. & 22.* Post Apostolos autem regimur nos mediate per scripturam Sacram & plane ad eam alligati secundum illam controversias judicare & Hæreticos damnare debemus. *Es. 8. 20. Joh. 12. 49. Gal. 1. 8.* 2. Cum dicatur sic visum est Spiritui S. & nobis significatur, hæc quæ decreverunt, conformia esse doctrinæ Christi ac Illuminatione Spiritus S. fuisse edoctos. Ostendant nunc nobis decreta ex conciliis allegata pro communione sub una à Spiritu S. proficisci, iis rationibus quibus hoc in Apostolis apparebat & quæstio erit finita. Priusquam vero videamus testimonia allegata ex Conciliis duo præmonemus.

*Apostolos
immediate
S. Spiritu
docebantur*

I. Nos minimè Conciliorum decisiones habere pro normâ fidei: Quia eis non simpliciter & per se, sed duntaxat propter scripturam à qua unice dependent, credimus: Moti his rationibus I. Quia Concilia in decretis fidei hallucinari & errare possunt facile, quod concedunt ipsi Pontificii, ante quam Romani Pontificis confirmatio accedat! Hanc confirmationem & infallibilitatem cum nos in dubium revocemus, quia nullo fundamento est innixa, etiam si confirmatio Papæ accedat tamen nobis manent dubia. *Vide Bellarm. l. 4. de Rom. Pontif. c. 3. l. 2. de Concil. c. 7. & seqq.* Quare melius fecisses, si non tantum exempla vel testimonia conciliorum (quorum tamen minima pars tibi favet) allegasses, sed si præcipuas rationes addidisses, quibus adducta vera, purior antiquitas, usus communionis sub una specie constanter servandum esse ostendat.

*Decisiones
conciliorum*

*Concilia
errare possunt.*

*Potius rationibus
quam nudâ
auctoritate
Conciliorum
disputandum
esse ostendat.*

esse censuisset. Ita enim haberes testimonia antiquitatis, non tantum de facto, sed quod magis confirmat pios de jure, communionis sub una specie. 2. Quia multis dubiis sunt subjecta E. G. num assessores sint legitime electi vel illegitime. Num in nomine Christi sint congregati vel secus &c.

Concilia
vel sunt u-
niversalia
vel partico-
ularia.

II. Distinguimus inter Concilia, quædam dicuntur *ὀικουμενικά* vel universalia ex quibus quatuor in primis sunt illustria, Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Chalcedonense. Quædam *μερικὰ* vel particularia: illa sunt in magna authoritate apud nos & libenter ea amplectimur, quoad substantiam dogmatum, non tanquam normam, sed ut calumniam vestram retundamus, qua nostrarum Ecclesiarum doctrinam in Ecclesia verè Catholica prorsus novam & inauditam esse clamatis: hæc autem præsertim Romana approbare non possumus nec aliis Ecclesiis præjudicare possunt. Rationes vide apud Gesnerum in libris hac de re scriptis. Quibus præmissis dicimus, communionem sub una specie decretam primum esse in Concilio Constantiensi Sess. 13. anno 1415. Repetitam in Basiliensi anno 1431. Sess. 30. & confirmatam in Concilio Trident. Sess. 21. & 22. an. 1562. Nunc videbimus, quomodo alleges loca ex antiquioribus Conciliis pro tua sententia.

Nicenum
Concilium.

§ 1. Producis in scenam ipsum *Nicenum Concilium* nec vereris affirmare eo tempore in Ecclesia inclusum corpus Christi asservatum esse in sacrario pro ægrotis sub una specie.

Consuetudo.

R. 1. Cypriani sententia est, quod consuetudo sine veritate sit vetustas erroris: Jam nos demonstram⁹ quod si hæc consuetudo fuisset, quod tamen falsum est, illam repu-

repu-

Repugnare 1. Institutioni Christi quæ sub utraq; specie Communionem vult fieri. Illa igitur meritò observanda est, Christus enim dicitur veritas, quod non legimus de consuetudine. 2. Praxi Apostolicæ. 3. Primitivæ Ecclesiæ, concedente & docente Concilio Constantiensi cujus hæc sunt verba *Sess. 13.* Sicut hæc consuetudo (unius speciei) ad evitandum aliqua pericula & scandala **RATIONABILITER INTRODUCTA**, quod licet in **PRIMITIVA ECCLESIA** hujusmodi sacramentum reciperetur à fidelibus sub utraq; specie, postea à conficientibus sub utraq; & à laicis tantum modo sub specie panis suscipiatur. Quare desinatis urgere vestram nuperam consuetudinem,

2. Magna incertitudo est canonum, qui titulum Niceni Concilii præferunt, & in specie de Canone hoc allegato; res non tantum dubia, verum omnino suspecta quoq; est. Legitur enim aliter in priori conciliorum editione; quam in posteriori. *Urget forsân reservationem & inclusionem quæ sit facta} mediante una specie.*

Canones
Concilii
Nicensi.

R. Nihil legitur in toto canone de inclusione vel reservatione hac: Verba illa alludentia ad reservationem, ut scilicet ipsi Diaconi præferant & edant; in canone illo nec Græcè leguntur, nec in Decretis *dist. 93. cap. pervenit* nec in priori editione Conciliorum. Cum igitur de sententia illa Niceni Canonis alludente ad reservationē res ita se habeat; & in *Vl. Carthaginensi synodo* convicti fuerint Romani de falsatis Nicensi canonibus, nihil firmiter ex hoc probare poteris. Deinde sine fundamen-

Inclusio
cana.

E

to ex

to ex tuis addis, quod una tantum species sacramenti as-
servata fuerit. Chrylostomus *Epist. 1. ad Innocentium* dis-
cretè scribit: etiam sanguis Domini in sacrario servatur: Et
Baronius *tom. 4. annal. an. 404. concedit*, sacratissimam Eu-
charistiam non sub specie panis tantum, sed etiam sub
specie vini olim recondi consuevisse.

Falsò alle-
got.

§ 4. Dicis concilium Ephesinum expresse dicere
Christi corpus & sanguinem in Sacramento non minus
in una quam altera specie sumi & § 5. Concilium Agaten-
se mandare, ut duntaxat species panis Laicis porrigatur:
sed expressa mendacia garris; talia in illis non expresse
invenies, hinc factum, ut locum non allegaris.

§ 6. Objicis Concilium Carthaginense. Sed non
fit mentio in illo capitulo, quomodo vel quibus symbo-
lis distribuatur corpus Christi.

Olim tan-
tum calicē
dederunt.

§ 7. Concilium Toletanum *XI. Canone II.* excusat
ægrotos, qui præter calicis dominici haustum traditam
sibi non poterant Eucharistiam deglutire, non quod cor-
pus, in sanguine acceperint, & quod liberum ipsis fuerit
tantum sub vino & una specie communicare, sed quod
necessitate hoc fecerint & tantum biberint propter ni-
miam siccitatem, quæ hominem affligit in mortis agone:
aliàs etiam hostiam acceptam rursus ex ore non ejecis-
sent: Hos, dicit, ob inevitabilem necessitatem, quod non
potuerint edere, non damnationi subjacere. Num hinc
sequitur? quidam ob intervenientem siccitatem oris al-
teram speciem acceptam reddiderunt. E. reliqui ægro-
ti, imo omnes Laici sani sub una specie communicarunt,
& debent adhuc communicare. 2. Hac inconveniente
allegatione quadantenus contradicis sententiæ Concilii
Tridentini: Vis potissimum probare ex antiquis Conci-
liis.

Contradi-
cit Concilio
Tridentino.

liis.

his: Communicationem sub pane tantum esse licitam, at secundum Concilium Tridentinum, oportet, una specie, & quidem panis, esse contentos Laicos, jam hic Canon diceret, quod solam vini specie uti liceat.

§ 8. 9. & 10. allegas ex Conciliis Rhemensi, VVormaciensi & Lateranensi ritus pro communionē sub una specie: utpote qui Eucharistiam domum detulerint ad aegrotos, quod Sacerdotes Eucharistiam asservare iussi fuerint.

R. 1. In Conciliis Rhemensi & VVormaciensi hæc non inveniuntur. 2. N. est consequentia, Detulerunt Eucharistiam, E. tantum unam speciem, quam etiam sumserunt. Detulerunt etiam utramque speciem, Teste Hieronymo tom. 1. Ep. 4. ad Rusticum dicente: Nihil Exuperio ditius, qui corpus Domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro & 3. privata & extraordinaria exempla non possunt commodè opponi universali primitivæ Ecclesiæ consuetudini sub utraque specie communicandi, uti inferius probabimus: Sed respiciendum est, quid fieri debeat & quid requirat institutio Christi, quæque fuerit praxis publica; abusus autem, qui in Ecclesiam irrepserunt, ex Christi ordinatione corrigantur: quemadmodum consuetudo domesticæ communionis, quæ apud nonnullos obtinuerat, postea à Conciliis restricta fuit. Nec ad rem tuam facit, festum corporis Christi, cuius celebratio instituta in Concilio Vienensi. Non enim de hoc quaritur, sed quod Concilium omnium primò expresse sanctionem hanc fecerit, ut sub una tantum specie accipiamus totum Eucharistiæ Sacramentum. Non interim negatur hoc festum, quod neque fundamentum habet in Dei verbo, sed à Christi institutione discedit & est

Missio Eucharistiæ ad aegrotos.

Extraordinaria exempla non opponuntur universali consuetudini.

Festum corporis Christi instituitur in concilio Vienensi.

horribilis depravatio ordinationis divinæ, neq; notum fuit veteri Ecclesiæ, ut est excogitatum ad stabiliendum varias superstitiones; ita Patribus Concilii Constantiensis ansam dedisse & audaciores fecisse, ut non vererentur hoc sacrilegium, quo subtrahitur Laicis una pars sacramenti, publicè confirmare.

Concilium
Basiliense
& Floren-
tinum.

Verba etiam ex Concilio Basiliensi allegasti, ut & Florentino; quæ rem præsentem minime decidunt. Minime negatur à Lutheranis præsentia totius Christi apud panem, sed an sacramentaliter adsit, hoc est, quod quærunt. Nec in Concilio Florentino loco allegato ulla fit mentio, quod communio sub una sit licita, sed expresse fit mentio duarum specierum, docentes enim ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. anno 1215. habito absurdè contra scripturam *1. Cor. 10. & 11.* (Ubi panis benedictus & in ipso usu constitutus significanter & aliquoties panis appellatur) dogma Transubstantiationis, inquirunt; verborum virtute substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem convertuntur. Sic apparet, quàm commode allegaveris concilia pro tua sententia. Hæc à parte tua stare credimus sc.

Si qua fides audentibus omnia Musis.

Authentice
Conciliorum
Constantiensis, Basiliensis, Tridentini.

Restant adhuc tria Concilia, nempe Constantiense Basiliense & Tridentinum; Hæc propugnare dogmatum, libenter concedimus: Verùm apud nos auctoritatem, illorum Conciliorum nullam esse, tibi optime fuit notum, & tamen ita nudè sine additis rationibus allegasti, quos pro defendenda & justificanda mutilatione hac cœnæ dominicæ tunc produxerunt; legisti fortè fundamentum

damenta refutationum apud Magnum Theologum veræ religionis *Chemnitium*, ut puduerit tam leves, tam frigidas, tam futiles & ridiculas rationes in re tam seriâ proponere. Nec auctoritatem conciliabant tuis allegatis Conciliis verba Lutheri ex libro de abroganda Missa.

Nam licet ex inveterato errore plus justo conciliis primo tempore tribuerit, sequenti tamen correxit, unde sapius clamatis fuisse maledicum in Concilia: mutilatè & Diabolicè citantes verba ex libro *de formula missæ*. *di*, ubi sic in fit. Si quo casu Concilium propria auctoritate statueret aut permetteret utramque speciem, nos nequaquam utraq; uti vellemus, maledicturi universis, qui ex statuto Concilii utraq; uterentur. Quibus docet, quod si Concilia quicquam statuunt, quod scripturæ auctoritas non asserit, id ea facilitate posse rejici, quâ urgetur. Imò si concilium **AUTHORITATE PROPRIA** id quod Christo non præcepit proponeret, ut observetur tanquam necessarium, vel si permetteret tanquam auctoritatem habens statuendi in indifferentibus, ex sua auctoritate, ita ut conscientiam obligaret, tum vult dicere, quia injicit vinculum conscientiis, ad asserendam libertatem Christianam, se svadere, ut vel sub una vel plane nulla communio fiat, juxta admonitionem Apostoli *Gal. 5. 11.* state & nolite iterum jugo servitutis alligari. *Conferatur caput 15. Act. ad v. 11. inclusive.*

Lutheri
sententia
de Conci-
lijs.

Hoc certè pientissimum Lutheri consilium uti laudamus, ita bene consideres, rogamus. Et sic nihil addere volumus tuæ secundæ probationi, cui satisfactum esse speramus præterquam illud Hieronymi in *Epistola ad Gal.* ita scribentis; Spiritus S. doctrina est, quæ Canonicis li-

Hieronymi
dictum.

teris prodita est, contra quam si quid statuunt concilia, nefas duco.

TERTIA PROBATIO È PATRIBUS
in explicitam formam syllogisticam
redacta esset talis.

Quicquid pii Patres & Doctores Veteris Ecclesiæ in rebus fidei & religionis docuerunt, ei assentiendum est.

Atqui communionem sub una specie panis justè posse fieri docent, E. illis est assentiendum.

*Patrum
authoritas.*

R. ad majorem, quod non concedamus intellectam de antiquitate sparsa, hoc est, singulis illis scriptoribus vel quibusdam: qui gravibus sæpe erroribus fuerunt impliciti, quos eo in passu sequendos, ipsi Pontificii negant.

*Errores Pa-
trum.*

Sic in Iræneo semina erroris Chiliaistici inveniuntur; Tertullianus fuit Montanista, Cyprianus ab Hæreticis baptizatos rebaptizandos docuit, Hieronymus secundas nuptias damnavit. Et quis Origenis & aliorum errores ignorat? Et sic etiam de illis potest dici, quod de speculatoribus dicitur, apud *Jerem. 56. 10.* quod cæci fiant. Et si semper sequamur omnia hujus vel illius Patris dogmata, procul dubio Petrus nos alloqueretur *ex 1. Ep. c. 1. 18.* redempti estis à vana vestra conversatione, quam ex Patrū acceperatis traditione; Et exemplo Pauli persequeremur Ecclesiam, studiosi paternarū traditionum, *Gal. 1. 15. 14.* Te autē intelligere hoc sensu, patet ex verbis quæ posuisti post allegatos Patres, da hastu etliche Lehrer/deren meist Gottesfürchtige Leute gewesen welchen/das man in Glaubenssachen, beyssichthen solle/bezeugen folgende sprüche &c.

De

De tota Antiquitate, quidem concedimus, ut quicquid tota antiquitas pronunciat unanimiter, hoc nullus syn-
cerus Doctor condemnat. Non quod Doctrina ista perse-
sit infallibilis canon quidam. (Nam & illam ad scripturæ
normam exigi ipsimet Patres voluerunt) Ut qui abso-
luto illius consilio in cœlesti veritate investiganda stare
recusat, & tam suam quam Patrum sententiam scripturæ
iudicio submittit, is patres contemnere, aut antiquitati
repugnare falso arguatur. Sed quia Testimonium histori-
cum præbet, quænam doctrina inde à temporibus
Apostolorum in ecclesia sonuerit. Verum quomodo
tunc minorem probabis. Profers enim testimonia tan-
tum quorundam Patrum, qui tamen ipsi minime tibi
assentiuntur, ut inferius videbimus. Deinde multa multo-
rum Patrum scripta interierunt, ideoque sciri nequit, quid
isti senserint.

Authoritas
totius Anti-
quitate est
magna.

Pro maiore corroboranda & ad Authoritatem Pa-
trum tanquam principium, in rebus Theologicis confir-
mandam, allegas 1. Dicta scripturæ & quidem
Luc. 10. 16. qui vos audit, me audit, & qui vos rejicit, me
rejicit R. Loquitur. de Apostolis, quos illo in loco con-
firmat docens, ministerij ipsis commissi dignitatem esse
maximam. Si accommodatur ad successores Apostolorum,
tunc non simpliciter accipiendum est: Sed limitatè, in
quantum nomine Christi loquuntur, & eius Evangelium
proponunt, tunc sunt audiendi *Job. 10. 27.*

Pro au-
thoritate
1. Patrum.
*Luc. 10.
v. 16.*

2. *Matth. 23. 1. 2. 3.* in Cathedra Mosis sedent scri-
bæ & Pharisei, omnia ergo quæ dixerint vobis, ut obser-
vetis, observate & facite.

*Matth. 23.
13. v. 1. 2. 3.*

R. Hoc necessario cum restrictione esse intelligendū.
nempe quatenus docebāt ex Cathedra Mosis, id est, ipsam
Legem

Legem

Legem Domini, quam Moses proposuit; Sedvero ex ipsis Mosis scriptis, quæ scrutanda erant, cognosci poterant. Supra enim *Matth. 16. 12.* diserte, monuerat, cavendum esse à Doctrina Phariseorum. Et hoc ipso cap. *v. 16. & seqq.* eorum Doctrinam reprehendit & alias notum est Phariseos Christi Doctrinam publicè damnasse. Etiam liceret nobis hoc? minime gentium. Sic Pontifex Maximus Caiphas in Cathedra Mosis sedens, Christum blasphemum judicat *Matth. 26. 65.* Quare sic limitamus. Quæcunq; in Cathedra Mosis sedentes secundum tenorem legis Mosaicæ facere jubent, illa faciatis. Sic etiam Patribus est credendum & non credendum. Illud quando verbum & doctrinam Domini, hoc, quando doctrinam hominum proponunt. Consentit *Biel. l. 4. sent. dist. 1. q. 4. art. 3. ita* scribens, non licet spernere conciliū prælati, quod verum est nisi contra legem divinam dixerint: Quia sic, præcipiendo non sedent super cathedram Moyse, non n. hæc procedunt de cathedra id est doctrina Mosis, sed de cathedra pestilentia. *Theophyl.* Dominus dicit de his qui in cathedra Mosis sedent, hoc est his, qui ea quæ in lege habentur docent. Sic Hieronymus in h. l. Per Cathedram, doctrinam legis ostendit.

Deut. 17. 3. Ex *Deut. 17. 8. & seqq.* Sed omnino satisfacere potest expositio Lyrani, qui sic ad illum locum. Nec declinabis ad dextram vel sinistram, id est, motus comodo vel damno temporali. Hic dicit Glossa Hebraica, si dixerit tibi quod dextra sit sinistra, vel sinistra dextera, talis sententia est tenenda, quod patet manifestè falsum, quia sententia nullius hominis, cujuscunq; sit authoritatis, est tenenda, si contineat manifestè falsitatem & errorem. Et hoc patet per hoc, quod præmit-

mit-

mittitur in textu: indicabunt tibi iudicii veritatem, postea subditur, & docuerint te juxta Legem ejus; ex quo patet, quod si dicant falsum, vel declinent à Lege Dei manifeste, non sint audiendi.

4. Ex *Matth. 18. 18.* Quod si Ecclesiam non audierit, *Matth. 18. 18*
sit tibi sicut Ethnicus & publicanus; Per Ecclesiam inquis, hoc loco intelliguntur Præsides & doctores Ecclesiae.

R. Modo intelligitis per Ecclesiam Concilium generale, modo Episcopum vel cœtum cum Episcopo, modo intelligitis Papam, hoc in loco Patres Ecclesiae. Sed propriè intelligitur illa Ecclesia, cujus frater offendens est membrum, ad hanc ex instituto Christi debet deferri; Nam *vers. 15.* inquit, quod fratrem in te peccantem arguere debeas inter te & ipsum solum, nempe ut isto modo famæ ejus consulatur & saluti, si hæc apud hominem præfractum locum non invenerint, sumas tecum adhuc unum & duos *v. 16.* nempe alios præter te, ut plurium auctoritate commoveatur, paucos tamen, ut famæ ejus adhuc prospiciatur, si hos neglexerit audire *vers. 17.* Jam non est, quod famam ejus amplius respicias, sed dicas Ecclesiae, id est, toti congregationi, si nimis ampla, præsulibus, qui populo indicent, si hanc non audierit, sit tibi Ethnicus & publicanus, à quorum familiaritate & convictu Judæi prorsus abstinebant. Quod si dictum non errandi privilegium continet, tota congregatio non poterit errare. E. manet quod per audire hoc loco intelligatur, auscultare increpationi & admonitioni de peccato ex verbo de promptæ, qualis jam consequentia? Ecclesia vel tota congregatio prævaricatores manifestos ad pœnitentiam exhortans debet ab iis, audiri, E. tota congregatio (vel

quid sit audire Ecclesiam.

ex tua hypothese patres Ecclesiae in rebus fidei si extra scripturam aliquid pronunciant, absolute errare nequeunt.

Mal. 2. 7

5. Ex *Malach. 2. 7.* Talem versionem extruis. Die Lessender Priester verwahren die Wissenheit vnd das Gesetze mus man von ihnen forschen. R. invertis sensum. Nam confert Dominus sacerdotum mores atq; studia cum antecessoribus suis. Cum enim subinde provocarent ad pactum cum filiis Levi initum, indeq; concluderent, fieri non posse, ut a Deo reiicerentur, nisi labefactaretur promissionum divinarum Veritas, jam pacti divini Veritatem asserit quod eo usq; firmum maneat, quo usq; etiam, imitentur integritatem Levi, cum hoc n. foedus inuit, Ut labra sacerdotis observare debeant scientiam, ut lex requiri ex ore ipsius possit. v. 7. Cum illi jam recedant de via v. 8. dicit, eos quoq; reddere velle contemptos & abiectos toti populo. Ex quo quidem morale hoc sumitur, officium sacerdotum esse, ut veram Dei & voluntatis eius agnitionem alios doceant, sed quod eo non semper fungantur, habemus in hoc capite exemplum, quod contra te urgemus.

Hebr. 13.

Prov. 22.

Ier. 6.

Deut. 23.

Iob. 8.

Inquirenti
est in do-
ctrina
majorum

6. Deniq; ex *Heb. 13. 7. & 17. Proverb. 22. 28. Jer. 6. 16. Deut. 32. 7. Iob 8. 8.* Et ex libris Macchab. quibus in locis jubemur Patres audire. R. Praecepta de honorandis nostris praesulibus & antiquis limitibus non transferendis imperite accommodas, ac ex illis locis, ubi inquisitio in fidem & doctrinam majorum mandatur, consequentiam stramineam concludis. Nam necessario ibi intelligitur antiquitas indubie sincera. Siquidem est & error antiquus & antiquitas superstitiosa, cujus tradita & monita recte transgredimur, quando ad Christi iudicium *Marc. 7. in vijs patrum nostrorum non ambulemus Levit. 18. 30. Ezech.*

Ezech. 20.18. sed verbo Dei attendimus, cuius voluntas est ut non propter traditiones seniorum mandatum Dei transgrediamur *Matth. 15.3.* 2. Vis Majorem probare ex patribus, sed manifestum committis circulum. Sic enim argumentaris. Quicquid Patres dicunt est verum, quare, quia patres dicunt. Ridicule. 3. Loquuntur de sincera antiquitate, quam nos etiam accipimus: verum unde agnoscitur vera antiquitas, nisi ex convenientia cum scriptura Sacra: Alias si quilibet vestigia patrum sequi deberet, etiam Græcis & Armenianis (quos tamen Romana Ecclesia tanquam Hæreticos & Apostatas damnat) judæis & religionē & exempla patrum sequi incumberet; Et hac ratione satisfieri potest autoritatibus patrum allegatorum, ut necesse nō sit addere quicquam cuius testimonio, prolixitatis evitandæ causa. Tamen unum atq; alterum testimonium patrum videbimus, ex quo apparebit, illum contra eorum voluntatem agere, qui eorum scripta allegat pro norma religionis & decisione dogmatis S. scripturæ contrarij. Gravissima est Cypriani sententia: *l. 2. Ep. 3.* Si ne unum quidem ex minimis mandatis legis solvere debet, multo minus ex his magnis mandatis, pertinentibus ad ipsum, ducem passionis & nostræ redemptionis sacramentum fas est ullum infringere, vel humana traditione mutare. Et Ambrosius *1. Corinth. 11.* disputans de illis, qui indignè hoc sacramentum sumunt, ita ut iudicium sibi acquirant, ita inquit, indignus est Domino, qui aliter celebrat hoc mysterium, quam ab eo traditum est. Non enim potest devotus esse, qui aliter præsumit, quam datum est ab auctore. Inferius autem ad oculum demonstrabimus ex scriptura sacra, hoc sacramentum altaris ordinatum esse

*Circulum
comittit
Reinhele*

*Quanam
vera Anti-
quitas.*

*Patres rei-
ciunt au-
thoritatem
propriam
in dogma-
tus.*

Basilium.

Hieronymus.

â Christo sub utraq; specie. Nec pro principio in Controversiis Theologicis vult haberi auctoritatem patrum Basiliius in *Ethic. def. 27.* Oportet, inquit, subditos eos, qui in scripturis imbuti sunt, probare ea, quæ â Doctoribus dicuntur, & quæ in scripturis sunt consona recipere & quæ aliena rejicere, qui in ejusmodi alienis doctrinis perseverant, vehementius adversari. Et cum Hieronymo in *cap. 32. Matthæi* quod de scripturis non habet auctoritatem, eadem facilitate contemnitur, quæ probatur, Et in *Plal. 68.* Exceptis Apostolis quodcumq; postea dicitur, abscindatur; non habeat auctoritatem. Quamvis ergo sit sanctus aliquis post Apostolos, & quamvis disertus sit, non habet auctoritatem. Quoniam, Dominus narrat in scriptura populorum & principum horum, qui fuerunt in eâ. Ex quibus patet quod si possumus probare, quod inferius probabimus, communionem sub utrâq; specie esse institutionis & mandati divini, tunc non ad contrarium obligari ab auctoritate patrum. Ex superabundanti videbimus an allegati patres â vestra parte in hoc puncto sint.

I. Quædam testimonia sunt suppositiorum auctorum. Ut est illud ex Francisco Harco in vita Andreae. 2. S. Clementis 3. Simachi. 4. Amphilocchij Metaphrastis. Audi quid vester Canus in Locis refert. Theologum etiam admoneri operæ precium est, ne id statim illi persuasum sit, omnia quæ magni auctores scripserint, undiq; esse perfecta. Nam & labuntur aliquando & onercedunt &c. Summi enim sunt, homines tamen. Quæ eadem, inquit, de Beda & Gregorio jure fortasse ac verè dicere possum. Sic apocrypha ipsi sunt Eusebii, Sozomeni, Origeni & aliorum scripta. *De hum. hist. auct. l. II. c. penult. p. 540.*

2. Quæ

2. Quædam falso contra mentem authorum allegantur ut illud Gregorii de Missa, Ob gleichwol Christus nach seinem Brstandt nicht stirbet / gleichwol in dem er vns sterblich vnd vnversehrlich lebet / wird wol nichts weniger für vns in diesem mysterio (verstehet die Mess) wiederum immoliret. Gregorii n. mens hæc non est, sed loquitur de Sacramento altaris, utitur autem vocabulo immolationis, imitatione Veteris Testamenti, ut supra explicatum.

Item Ignatii; Item illud Ambrosii de quo refertur ipsum tantum sub una specie communicasse, illa particula tantum loco allegato non legitur.

3. Quædam nil concludunt, ut illa ubi mentio fit unius speciei, ut Clementis, Cypriani, Hieronymi, Chrysostomi, Ambrosii, Augustini, Honorii & Bernardi. Nam per synechdochen Patres sæpe loqui manifestum est. Nam Paulus ipse ad Corinthios, ubi expressissimè de communionem sub utraq; specie tractat, aliquoties eam Synechdochicè notat, ut cum inquit; Manducate coenam Domini. Convenitis ad manducandum, Dijudicatis corpus Domini, item in unum Spiritum potati sumus. Si quis inde velle concludere, Paulum tradidisse communionem tantum sub una specie faceret contra manifestam Pauli sententiam, ita Augustinus de symbolo l. 3. c. 5. it. feria 4. c. 4. Hieronymus etiam ad Eustachium expresse tantum sanguinis meminerunt. Nunc vero quis inferre potest, illis temporibus non Panem sed calicem tantum Laicis fuisse dispensatum. Concedendum igitur est per synechdochen Hebræis usitatam sub nomine panis intelligi simul cibum & potum i. e. Panem & vinum. 2. Reg. 6. 22. & 23. Gen. 43. 32. 2. Sam. 9. 7. Luc. 14. 1. Quem admodum etiam alias Hebraismi frequentes sunt apud Paulum

Synechdoche frequens est apud Patres.

Nomine Panis intelligitur cibum & potum. Paulus utitur Hebraismis.

Paulum *Eph. 6. 5. 1. Cor. 2. 3. 2. Corinth. 1. 12. Coloss. 4. 5.* Item ea quæ agunt de asservatione cænæ ad quæ superius est responsum. Sic testimonium *Andree* non video quomodo applicare velis. Agit enim de missa secundum vestram sententiam. Nunc in illa fuit commemoratio mortis Christi per repræsentationē, quæ fit separatione corporis à sanguine in signis sensibilibus; ad quam repræsentationem perfecte exprimendam fatemini requiri utramq; speciem E. cum dixit *Andreas*, ego sacrifico immaculatum Agnum, dixit quod faciat per duas species sensibiles, qualis vero est consequentia? Quicumq; docet Christum sacrificandum esse mediante duabus speciebus pane scilicet & vino, is docet Christum in sacramento altaris in una specie panis scilicet esse accipiendum. Nulla, nulla prorsus. Eodem modo explicamus testimonium *Gregorij*. *Vide hac de re Bellarminum l. 4. de Eucharistia c. 27. p. m. 574.*

4. Quædam non tangunt statum controversiæ, ut *Cyrilli & Augustini, Justinij, Alberti Magni, Lombardi, Thomæ*, non enim quæstio est, an sub qualibet specie sit Christus, sed an sacramentaliter fruamur. Ex *Eusebio l. 6. c. 33.* falso allegas § 4 Epistolam *Dionisii* de qua ibi ne *Gry* habetur. Exemplum autem *Serapionis* contra te est. Legitur enim ibi, quod dederit presbyter ægro-tans puero Eucharistiam, iusseritq; ut infunderet & in os senis instillaret, quæ de pane dici nequeunt. De *Chry-sostomo* vide responsum ad rationem sextam.

Priusquam autem quartum aggredior argumētum, calumniæ etiam tuæ sunt retundendæ de nostro magno *Luthero*. Mirum sane non est, calumniis peti à vobis *Lutherū*, quia *Christus* etiam, *cujus* fidelis discipulus ille fuit

Calumina
de Luthero
an fuerit
sacerdos

fuit reus, agebatur enormium criminum à Pharisæis, vocas ipsum Lascivum, quare autem? forsitan quia uxorem duxit. Sed Deus est conjugij author, num is qui ordinem divinitus institutum ingreditur, peccat? Vocas illum calumniose apostatam hominem, qui desciverit à Monachatu, *Einem verlauffenen Mönch.* Verum ob

*Apostator
Monacha-
tus.*

hoc minime crimen verum incurrere potest. Nam
1. Monachatus institutionem divinam esse, nequit mon-
strari. 2. Adversatur idem Deo. Hic enim abomina-
tur 1. Votum Monachatus, ut conscientias obligans
quod est legum divinarum *Coll. 2. 16. seq. Matth. 16. 9.* 2.

Paupertatem Monachatus, quæ est hypocritica, quippe o-
mnibus rebus abundat & laborem, à Deo ut medium
querendi vietum institutum, excludit *Gen. 3. 19. Eph. 4. 27.*

*Paupertas
Monacho-
rum est hy-
pocritica.*

2. *Thefs. 11. & 12. 3.* 3. Continentiam simulatam,
quæ adversatur ipsius sanctioni *Gen. 1. 26.* & infinitis im-
puritatibus ac sceleribus viam sternit, per hanc enim oc-
casionem tentationibus præbent *1. Cor. 7. 2.* ac conscien-
tijijs laqueum injiciunt, *v. 35.*

*Continen-
tia eorum
est simula-
ta.*

4. Vitam austeram fictam, qua nil quicquam profunt,
paupertate spontanea obsunt, alijs hominibus molesti
sunt, quibus mendicando & alijs technis non absq; sudo-
te parta extorquent; Sibi ipsi vero nocent, per paupertate-
tem honorem debitum suo corpori denegantes *Syr. 14. 11.
Rom. 13. 14. Col. 2. 23.* maladictionem divinam sponte in-
ducentes *Pf. 37. 25. Deut. 28. 6. & seqq.* otio & ignavia alijsq;
inde sequentibus vitijijs se destinantes *Syr. 27. 1. 1. Thefs. 4.
10. & seq.*

*Paupertas
noxia.*

IV. PRO-

VI. PROBATIO SUMITUR à MIRACULIS in forma explicita fieret talis.

QVam doctrinam Deus multis miraculis confirmat, illa est vera & amplectenda.

Atqui doctrinam communionis sub una specie panis multis miraculis confirmat. E. Doctrina communionis est vera & amplectenda

Priusquam respondeamus ad argumentum, breviter vestra arrogantia & injuria in Lutheranos est retundenda. Nominas nos nuperos credentes *Newgleubtge*. Injuriosè.

Lutherani
non sunt
nova fidei.

Quæ enim doctrina à Prophetis, Christo, & ab ipsis Apostolis, prolata hæc nova non est si in lucem rursum producat, licet per secula bene multa oppressa fuerit. Sed Lutheranorum talis est: Apud illos enim verè adhuc locum obtinet illud Ignatii ad Philadelphios *ἐμοὶ ἀρχαία ἐστὶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός*: Jesus Christus mihi est antiquitas: Cujus rei demonstrationem particularem instituire præfentis instituti non est, hæc ipsa quam jam tractamus, id monstrat materia.

Pontificij
non sunt jam
Catholici,

Sed vos ipsos dicitis Catholicos, quod autem minimè sitis Catholici h. e. in fide Catholica, quæ per orbem universum prædicata est *Marc. 16. 15. Col. 9. & 23.* antiquissimis & *ὑμῶν ἰσοψύχοι* quilibet æquus lector qui non est obtinatae mentis, id apud nostros Theologos legere potest, argumentum tuum quod attingit.

Vera miracula
confirmant veram
doctrinam.

R. Major omnino certa est, siquidem vera miracula non nisi veram doctrinam confirmant, neque ab alio fieri possunt quam à vero Deo: Sic de miraculis Christi, Prophetarum & Apostolorum, & primitivæ Ecclesiæ quæ

quæ obfignarunt illam Ecclefiam, quæ veram Evangelii doctrinam professa est, locum habet illud Richardi de S. victor. *lib. de S. Trinit. c. 2. à te allegatum.* Hinc Deus Moſi, cum mitteret illum ad populum, dedit potestatem faciendi miracula, dicens; ut credant quod apparuerit tibi Dominus &c. *Exod. 4. 5. & 8.* & in N, Testamento ad extra ordinariam missionem à Christo confirmandam miracula Christus necessaria iudicavit. *Matth. 10. 7. & 8. Marc. 16. 17. Heb. 2. 4.* *Sunt necessaria.* quæ etiam virtute Christi fecerunt *Marc. 16. 17. Heb. 2. 4.* De minore igitur potissimum est controversia; quam negamus freti hoc argumento.

Quæ doctrina institutioni & præcepto Christi è diametro opposita est, illa miraculis vere divinis non confirmatur. Atque doctrina hæc, quod communicatio corporis & sanguinis Christi fiat Laicis sub una specie est talis. E. illa miraculis vere divinis, non confirmatur. Minor inferius probabitur, Major ex jam dictis patet, Ad dimo alterum; Quicumq; vult progria juxta doctrinam, quæ continetur in scriptura probari & examinari, ne seducamur iis; is non confirmabit dogmata sibi contraria miraculis, quibus seduceremur.

Atq; de Deo prius est verum E. & posterius. Probo hoc ex *Deut. 13. v. 1. usq; ad 6.* ubi docetur prodigium rejiciendum esse, quod cultum Deorum alienorum à scriptura prohibitum introducere Pseudoprophetæ nituntur. Simili ratione Christus etiamsi dixerat, opera quæ ego facio, testantur de me; mox tamen subjungit, Scrutamini scripturas, quia vos videmini vobis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt quæ testantur de me *Joh. 5. 36. & 39.*

G

Sint

Miracula
non suffici-
unt ad ve-
ritatem do-
gmatis.

Sint ergo facta apud communionem vestram prodigia, quæ vobis videntur miracula, absq; scripturæ tamē testimonio veritatem dogmatis confirmare nequeunt. Nam quicumque miracula & modum efficiendi miracula, visu & intellectu penetrare nequit sed sæpe pro miraculo habet, quod tamen miraculum non est, is miracula sola, tanquam satis firmum fundamentum dogmatum habere nequit. Sed de homine cui Deus id non revelat, ita se res habet. Homo talis miracula sola tanquam satis firmum fundamentum dogmatum habere nequit. Sic quid impediret, quò minus Diabolus ad defensionem falsi dogmatis permissu Dei resuscitationem mortui imitetur. Considera Magos Ægyptios quomodo Moïsi æmuli fuerint: Et quidem hoc tempore quo adventus Antichristi ex vi efficaci Sathanæ cum omnipotentia & signis & prodigiis mendacibus futurus à Paulo prædicitur *2. Thess. 2. 9.*

Miracula
pro com-
munionem
sub una.

Videbo interim miracula, quæ allegas pro tua opinione. *1. 2.* Citas ex Cypriano, mulierem quandam ob persecutiones à fide defecisse, ac aliquando ex cista, in qua reservaverat, Sacramentum depromere voluisse, sed ignis, qui promicuit inde, deterruit.

R. Posito hoc & quæ alia ponis ita verè contigisse, tamen ex factis singularibus, nec perspicuis sed incertis non debet de ordinaria & primitiva consuetudine sacramenta dispensandi iudicium fieri. *2.* Ex hoc testimonio tua quæstio non concluditur. Nam superius probavimus, quod non una tantum species asservata fuerit.

2. Miraculum itidem ex Cypriano *serm. 5. de lapsis* de sumptum est, ubi vir qui negavit fidem in persecutione, & Sacramentum aliis non sentientibus in manus sumsit

sumsit ut periculo incidente idsumeret, illud sanctum Domini minime edere potuit sed in cinerem mutatum invenit.

R. Fuit Cypriani tempore (ut ipse fateris) Communio privata in usu, quæ quidem panis Dominici sumptione fiebat; Verum hanc communionem non fuisse penitus separatam à calice ex Cypriano similiter ex *Sermone de lapsis* probat Decanus Lovaniensis Ruardus Tapperus tom. 2. p. 335. Nam calicem Domini ante in Ecclesia biberunt.

3. Recenset Nazianzenus de Gorgonia, Sorore sua, quod in cubiculo in altari habuerit Sacramentum & aliquando mediante adoratione illius, à gravi morbo liberata sit. Sed ipse Nazianzenus scribit, quod Gorgonia corporis & sanguinis Domini antitypa domi reservavit: Orat. 25.

Gorgonia
Error Na-
zianzeni

4. Refers ex Johanne Diacono in *vita Gregorij Magni* l. 2. c. 41. Sed hic author est obicuræ authoritatis: nec statim credere obligamur, quia hic vetustus author est: Scimus enim vestra commenta titulo Antiquitatis commendari rudi populo, quæ tamen ipsi Pontificii prudentiores nugas & fabulas censent. Unum & alterum referam è Vincentio l. 25. c. 15. dicente quod B. Maria Fulbertum Carnotensem coram visitaverit & lacte suo recreaverit. In *stellario Coronæ B. virginis* l. 12. c. 3. recensetur, quod Mater Christi prægnanti Abbatisse duos Angelos miserit, qui infantem ab illa susceperint: Et postquam inspectione facta, virginitas inviolata deprehensa fuisset, sorores ipsius, quæ eam impudiciæ accusaverant, mendacii fuerint convictæ, Quis ficta hæc esse negaret?

Johann Dia-
conus.
Fabula pō-
tificiorum.

G 2

Non

Non verisimile est Gloriosam Virginem lacte suo nutrire Monachum & publica scorta defendere.

Historiæ de Satyro satis fit responsione superiori quod calicem Domini in Ecclesia omnes biberint, sed corpus datū in manus ut vel statim sumerent, vel secum portent domum & per intervallum ederent, quæ tamen consuetudo prohibita fuit per synodos. *Toletanam n. can. 19. & Cesar Augustanam Can. 3.* Quia Gregorius *l. 3. Dialog. cap. 36.* ait in navi portasse navigantes corpus & sanguinem Christi.

*Conversio
VVitekindi.*

Miraculum in conversione VVitekindi apud communionem factum, quo loco hostiæ vidit infantem vivum in nonnullorum ore ridentem, in aliorum ore ægrè ingredientem ex *Cranzio in Metrop. l. 1. c. 9.* non excludit calicem Domini, quemadmodum nec Paschasii ut doctrina ejus publica testatum facit, nec Bernhardus. Ex *Evagrio l. 4. c. 35.* Niceph. & Baronio recitas miraculum, nempe filium Judæi cum aliis pueris Constantinopoli comedisse de relictis hostiæ particulis, ob hanc causam puerum à Patre in Clibanum ardentem coniectum fuisse puerum v. illæsum ab ignis incendio liberatum fuisse verum hic nulla fit mentio communionis sub una specie. Deinde nulla est consequentia, Evagrius ait Deus servavit puerum comedentem de relictis particulis Sacramenti ab incendio ignis. E. Evagrius ait communicarunt eo tempore sub una specie, quam Deus miraculo confirmavit. Conservavit potius puerum, ut hoc miraculo indicaret, induceret & animos percelleret Judæorum ne recusarent in numerum Christianorum adscribi, qui finis est miraculorum.

Ex So.

Ex Sozomeno *l. 8. c. 5.* & Nicephoro *l. 13. c. 7.* refert de hæreticâ, quæ simulare suam religionem voluit atq; cœnam Domini accessit, sed speciem panis exemit ex ore & tradidit ancillæ, ut portaret domum, Qui panis conversus est in lapidem, ac hoc modo fraus manifestata.

Sed R. 1. Hæc historia describitur ab hominibus, qui multa falsa pro veris alias commemorare non verentur, ut testis est vester Bellarminus *l. 1. de Clericis c. 20. lib. de scriptoribus Eccles. p. 383.* Maldonatus *prefatione in Lucam.*

Sozomeni
& Nicephori
authoritas.

2. Non addunt eo tempore una tantum specie communicare consuetudinem fuisse & sic â tua sententia minime stabunt.

Reliqua etiam miracula recentia â talibus authoribus consignata, qui vixerunt seculo quo facies Ecclesiæ valde obscurata fuit per traditiones & disputationes Scholasticorum, qui scripturam non ita diligenter & modo convenienti sunt scrutati. 2. Facta sunt in locis suspectis apud Pontificios, quibus invicem colludere novum non est, ut habeant, quas populo nimis credulo extra scripturas narrent fabulas. 3. Cum doctrina hæc sit contra præceptum Christi, fallacia sunt, quæ potuerunt fieri â Sathana ad superstitiones vestras firmandas. Ad finem, hujus probationis subjicis, quid te moverit ad argumentum hoc conficiendum, nempe ut Lutherani si sermo & doctrinæ credere noluerint, miraculis moveantur quod de miraculis à verbo DEI separatis non dicitur κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως *Rom. 12. 6.* Abrahamus enim vel potius Spiritus S. per eum docet quod qui scripturis non credunt, nec miraculis credituri sint, & qui leges & Prophetas non audiunt nec audituri sint, si quis ex mortuis resurgat *Luc. 16. 30.*

Non loquitur
Reinhelt
secundum
analogiam
fidei.

G 3

Nobis

Nobis igitur (Lutheranis) signa & miracula nunc necessaria non sunt, quibus ea quæ facta sunt, solummodo legere & audire sufficit. Credimus enim Evangelio, credimus & scripturis ista narrantibus. *Eugenius Lugdun. in verba è cap. 18. Matth.*

QUINTAM PROBATIONEM PETIS ex nostra propriâ confessione.

PRæoccupas autem prius, minimè deceretale argumentum proferre secundum opinionem Pauli 2. Cor. 6. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate, aut quæ societas luci, ad tenebras: Quo sane non exiguos incrustas errores.

Keine
helte arro-
gantia.

1. Arrogantiam tuam prodis, quia id, quod Paulus organum Dei electum statuit, ei sciens & volens contradicere eligis.

Ignorantia

2. Ignorantiam: Affingis enim Apostolo falsam sententiam, Scopus enim Apostoli longe aliud vult, quando dicit v. 14. μή ἐπερὶ ὑγίαινης: tunc loquitur vel de jugo veritatis, pietatis & bonorum operum, vel de jugo impietatis, mendacii & malorum operum. Non prius, aliàs dehortaretur Apostolus tuos Corinthios à bonis operibus: ne commercium habeant cum incredulis quo ad veritatem, pietatem & honestatem, ἀποπνύει. loquitur de jugo impietatis, Ne communicent illorum impietati. Qualis jam consequentia.

3. Calu-
mnia.

Quicumq; dehortatur ab impietate incredulorum, is non concedit ex veritate ab incredulis proposita aliquid probare, sane admodum ridiculum. Præterea conaris efficere Paulum sibi ipsi contrarium. Impium? Paulus enim ipse contra incredulos argumentatur ex incredulorum sententiis *Act. 17. 23. 1. Cor. 15. 33. ad Tim. 1. 12.*
&

& breviter, Quicumq; jubet suos auditores instituire, nec indiscrete quodlibet rejicere, sed si quid boni inveniant, retinere, is non prohibet argumenta adversariorum urgere contra adversarios. Sed Paulus jubet examen instituire &c. *1. Thess. 5. 15. 1. Job. 4. 1. E.*

Ad argumentum autem à confessione adversariorum (ut nos vocas) respondemus, quod stramineum sit. Nam nunquam quis ex nostratibus auctoritatem hujus vel illius Doctoris pro fundamento recepit, sed solius divinitus inspiratæ scripturæ. Et Doctorum doctrinam amplectimur non propter ipsos, sed propter scripturam Sacram ex qua illam demonstrant.

2. Videndum quo tempore scripserint authores. Cum enim non statim in omnibus pateat veritas, sed sicut de die in diem renovamur, ita & cognitio veritatis suos habet gradus & progressu temporis paulatim accrescit, non vitio huic vel illi vertendum, si non ex toto, recte in omnibus semper senserit. Sic quia Hussius in medio Papatu, Brentius, Lutherus & Philippus tempore scholasticorum (ubi ferme meræ quæstiones spinosæ ex ratione tractabantur. Seposita scriptura) vixerunt, mirum non est, hos implicatos adhuc talibus opinionibus scholasticis & fundamentis sinistrè interdum statuisse. Ex quo tamen minime sequela fiat, illos non esse pro veris doctoribus Ecclesiæ habendos, hac enim ratione nec Augustinus, quem toties commendatis, pro patre Ecclesiæ esset venerandus, quia cum primum desereret Manichæismum in quibusdam adhuc erravit, quæ tamen postea retractavit.

Quæ fuerit sententia Hussij de communionem sub una specie quomodo item propugnarit eam, ut respon-

siones

Considerandum est tempus quo authores scripserint. Cognitio nostra potest auferri.

Hussij sententia de communionem.

siones adhuc hodie ad omnium vestrorum argumentorum farraginem inde sumi possint, patet ex tomo primo operum ipsius *fol. 42. seqq.* Nec ex verbis allegatis Hussi sequitur Panis, in Eucharistia est talis, qui de seipso dicit Ego sum panis vitæ, (*paronymicè scil.*) E. sub una specie licet communicare. Nam Hussus docere vult quod panis post consecrationem non transubstantietur, sed maneat, verum talis, in quo Christus, panis scil. vitæ porrigitur.

Lutheri.

Ex 1. tom.

ten. & 7.

Witeb. &

sermone de

fraternita-

te.

Lutheri consensum ut probes Allegas & primo tomo *Jenensi & 7. Witeb.* Sermonem de fraternitate, ubi ait, *u-* nam speciem sufficere &c.

R. 1. Lutherus ut supra etiam dictum est, fatetur se non alienum fuisse ab Augustino & aliis, qui proficiendo scribunt & scribendo proficiunt, ac in *tomo 1.* scripta sua priora cum commiseratione legi postulat; ad quæ pertinet hic sermo de sacramento sancti corporis Christi & de fraternitate: ac proinde potius de doctrina ipsius judicandum est ex posterioribus scriptis.

2: Ipse statim eo in loco subjiciens judicat, utramque partem esse distribuendam. Sic inquit. *Es ist aber bey mir für gut angesehen / daß die Kirche in einem gemeinen concilio wiederum verordenet / daß man allen Menschen beyde gestalt gebe / wie den Priestern.*

Dicis in responsione ad literas officialis Stolpensis, à Luthero dici Christum totum esse sub qualibet specie E. vis concludere sacramentaliter quoque fruimur.

R. Verbis Lutheri immediate quæ subjungit. *Siehe zu / inquit, wie kündig vnd fürsichtiglich Juncker Reidhart sey / wer hat je daran gezweifelt / daß Christus ganz sey vnter einer gestalt? Welche Böhmen haben je anders ge-*
gleus

glaubet oder gesagt? Oder welcher feind streitet/so nötig vnd
embsig/ als dieser unverzagter Betteler/ mit so viel vnnützen
Worten? Wer künd nicht Ritter; werden in solchem streit/da
keine Feinde nicht seyn/ vnd die Eysenfresser mit ihren engen
Trewmen so Männlich fechten? Lege quæ sequuntur in
Luthero.

Ex quibus etiam reliquis locis è Luthero satisfieri
potest.

De Brentio in Apolog. confess. V Vurtenb. dicimus Brentij.
quod quidem unam speciem, Abstemiis concedat, sed
consilium dat non autem præcipit. Nec propter pau-
cos homines totam Ecclesiam calice privat. Sic falsò
allegas Calvinum. qui *l. 4. Institut. c. 17. § 35.* doceat, com-
munionem sub una esse adphoram, ac in veteri Eccle-
sia sacramentum pro ægrotis reservare consuevisse. De
quibus loco dicto nihil habetur.

In fine hujus Rationis nonnulla confuse non juxta Falsò Cal-
vinum al-
legat.
normam, sanorum verborum & quasi novum argumen-
tum profers.

Dicis, Christi corpus & anima, caro & sanguis, Dei-
tas & humanitas imò totus vivus, perfectus Christus pos-
sunt tam in una quam in utraq; specie salubriter accipi,
quia de hoc Prophetia facta est *Exod. 12. 47.* & substanti-
am non confringetis in eo & quia post resurrectionem
clarificatus, non amplius moritur & indivisibilis est. Ex. 12. 47.

Sed R. 1. Quod sententia ex Exodo allegata non
possit melius accommodari, quam secundum ipsam scri-
pturam. Jam nullibi applicatur ad distributionem cæ-
næ, sed prædictio tantum fuit, quod Christus à Judæis
non passurus sit crurifragium. Hoc modo enim perspi-
cuis verbis explicatur *Joh. 19. 36.* Factum est hoc ut scri-
ptura impleretur; Os non comminuetis ex eo.

H

2. Nec

2. Nec sane Christus moritur vicissim & dividitur quando sub utraq; specie distribuitur sub pane corpus, sub vino sanguis sacramentaliter, quod esset contra Paulum *Rom. 6. 9.* quia totus adest sub quolibet symbolo & sic corpus non sine sanguine & anima: Quod autem sanguine non sub pane fruamur, nec corpore sub vino, hoc est ex ordinatione Christi, quæ libera fuit, quam convellere velle, ut vos conamini, est animi ingrati. Quidni enim Christus ea, quæ distincta sunt in ipso (corpus & sanguis) ea etiam distincte & cum distinctis symbolis dispensare posset Sacramentaliter, ut tamen manerent conjuncta naturaliter.

Non rectè
dicitur, divini-
tatem edi.

3. Sine ullo fundamento scripturæ contra rectam rationem asseris in cæna edi divinitatem & animam Christi. Ast Christus in institutione cænæ non ordinavit sub symbolo panis vel sanguinis divinitatem & animam suam sumendam. Sed de corpore tantum & sanguine loquitur institutio: Et cum in verbis illius mentio fit nec animæ nec divinitatis, Vobis etiam de his tacere convenit, nisi ex proposito agere velitis contra voluntatem Domini *Deut. 4. 2. c. 5. 32.* Non declinabitis ab eis, nec ad dextram vel ad sinistram, addendo vel detrahendo *Apoc. 22. 19.* Si quis diminuerit de his verbis auferet Deus partem ejus de libro vitæ & de civitate sancta.

Doctrina
Christi no-
bis est
commendata.

Approbabitur hæc nisi seponere mavultis doctrinam Mediatoris nostri, qui de cælo nobis est commendatus *Deut. 18. 19.* Ponam verba mea, quæ loquetur in nomine meo, ego requiram ab eo. De quo pater cælestis testatur, quod ipsum audire debeamus, qui solus noster Magister sit *Matth. 23. 8.* Cujus veri discipuli erimus & veritatem cognoscemus si in sermone ejus man-

se.

serimus *Iob. 8. 31.* Qui est ipsa Dei patris sapientia *1. Cor. 1. 24. 1. Tim. 6. 3.* Si quis vero aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ *v. 4.* Inflatus est, nihil sciens. Properamus ad

SEXTAM PROBATIONEM

per rationes.

§ 1. & 2. Disputas pro vera & substantiali corporis & sanguinis Christi in Sacra cænâ, quæ in his terris celebratur, præsentia, quod est contra Calvinianos, Inter Lutheranos autem & Pontificios de hac re est consensus. Unde August; Confess. apologiæ articulus 10. hac in re consensum Romanæ & Græcæ Ecclesiæ commendat.

Unum autem & alterum in illis occurrit, de quo aliquid est monendum. 1. Dicis Sacramentum hoc esse non signum sed vivum, verum & substantiale corpus & sanguinem &c. Christi. Nihil dicerem de incommoda hac locutione, ubi materiales partes (*uti Irenæus l. 4. c. 34. nominat*) nempe corpus & sanguis Christi de Sacramento ut toto prædicantur in casu recto, contra Philosophū *l. 4. c. 5.* quia etiam sic locuti sunt antiquiores. *Ignatius in Epist. ad Philadelphenses, Hugo l. 1. p. 9. c. C. Lombard. l. 4. distinct. 1.* Nisi notum esset, vos Pontificos constituere unionem Sacramentalem panis & Corporis vini & sanguinis extra manducationē & bibitionem divinitus institutas: Unde postmodum originem traxit adoratio hujus Sacramenti extra actionem, Festum, corporis Christi & alij plures abusus. Ponimus ergò hanc conclusionem;

Dux locutiones.

Extra actionem nihil
habet rationem Sacramenti.

Extra actionem divinitus institutum, nihil habet rationem Sacramenti pro qua argumentum sint. Quicquid scriptura definit verbis actionem requirentibus & quod habet suum esse in actione, & sine actione esse non potest, illud sine actione non est.

Omnia Sacramenta definit scriptura hoc modo E. Minor ex textibus, ubi instituuntur patet. *Gen. 17. 11.*

Circumcidetis carnem præputii *Exod. 12. 6.* Immolavit agnum universa congregatio *Matth. 28. 19.* Baptizate *Mat. 26. 26. & 27. 1. Cor. 10. 16. & 11. 24. & 25.*

Retorsio in Pontificios.

Dicis Sacramentum cœnæ esse animam & divinitatem; quod supra refutatum. Insuper autem rogo quid respondeas. Tua societas, arguit nos magnorum errorum, quando dicimus divinam & humanam naturam unitam esse in Christo. Christum secundum utramque naturam etiam esse nostrum mediatorem; Inter alia dicunt hoc sequitur. Divina natura est unita cum humana natura, est Mediatrix E. Pater & Spiritus S. sunt uniti cum humana natura & sunt mediatores inter Deum & homines dicendi, quia quod dicitur de divina natura, debet dici de omnibus personis. Infero simili modo; Deitas editur in cœnâ E. etiam Pater & Spiritus S. videbo quid sis responsurus.

I. RATIO.

SI Christus sub una specie panis non totus est, tum etiã non est totus sub altera & consequenter non sub utraque. Ratio, quia Sola caro sub specie panis & solus sanguis sub specie Vini totus Christus non est, sed requiritur anima & divinitas.

R. Distin.

R. Distiugendo inter præsentiam Sacramentalem & reliquos præsentiaē modos, illa ratione distinctorū symbolorum distincta, hos non tollit.

Instat.

Dicis; si Christus non adest totus etiam quo ad divinitatem & animā, sequitur quod accipiatis corpus mortuū § 3. Inde etiam nos nominas Lucianistas, Apolinaristas. Verum enim vero id minime exinde sequitur, quia non statuimus separationem naturalem animæ à corpore vel divulsionem carnis & sanguinis à Divinitate Christi.

Nam Divinitatem, ut est omnipræsens, hic adesse asserimus, sed non sacramentaliter. Animam etiam simili modo, quare Apolinaristas opponimus hanc confessionem Epiphani: *ἐκ ἀψυχον, ἐκ ἀνάκθητον, ἐκ ἀνότον σάρκα καὶ σῶμα ἔχεν σωτήρ*) Sed juxta institutionem Christi urgemus distinctionem Sacramentalis manducationis & bibitionis, ut scil; quemadmodum panis editur & vinū bibitur, sic mediantibus hisce quasi vehiculis Christi corpus tantum manducatur, & Sanguis tantum bibitur. Probo illam ex vestris præmissis.

Quicquid per consecrationem existit sub specie panis, id tantum editur sub specie panis.

Corpus Christi per Consecrationem existit sub specie panis E.

Corpus Christi tantum editur sub specie panis, non vero sanguis. Hic syllogismus exstruitur ex Concilio Trident. Sess. 13. c. 3. inquit. Corp⁹ quidem sub specie panis & sanguinem sub vini specie existere & Bellarm. l. 4. de Euchar. c. 21. p. 515. § 3. Quando autem dicimus Christum inseparabiliter esse totum in qualibet specie, Exinde non potest inferri, E. etiam totus accipitur Sacramentaliter

*Distinctio
Sacramen-
talis mā-
ducationis
& bibitio-
nis probatur
ex præmissis
Pontifi-
ciorum.*

H 3

sub

sub qualibet specie, nec necesse est, ut sub utraq; sumatur. Instantia enim in fringi hoc argumentum facile potest. Cuilibet fideli homini totus Christus adest presentissimus E. in quovis fideli homine caro & sanguis imò anima & divinitas Christi accipienda; quod puerilis, inepta, & nugatoria ἀδολεία est.

II. RATIO SUMITUR À VATICINIIS LEGIS.

Malè applicat scripturam.

Gen. 49. v. 20.

Nominatur pinguis panis, qui præbebit delicias Regibus *Gen. 49. v. 20.*

Sed hic nulla fit mentio Eucharistiæ, neq; de tribu, ex quâ ortus Christus, agitur, ut hac ratione aliquo modo dici possit, Christum mystice significari. Sed hoc in capite Jacob prænuñciavit singulis benedictiones & maledictiones, pro ut Spiritus S. loquenti dictabat: Sic Asfero prædixit, quod sit terram pingvem possessurus; Inde nunc sequitur E. Communio sub una specie panis tantum fiat: Inepta prorsus illatio, ac si vellem inferre: Reinheld vocatur Asinus ossibus valens E. rectè interpretatur scripturam.

Pf. 77. 26.

2. Dicitur Panis angelorum *Pf. 77. 26.* Verum non de pane Eucharistico hoc in loco vaticinatur David, sed de Manna quod Patres comederunt in deserto *Exod. 16. 15 & 32.* Illud panis Angelorum vocatur, vel à causa ministeriali, quod ministerio Angelorum sit suppeditatum, vel à præstantia quod tam præstans fuerit cibus, ut vel Angeli si cibum caperent, eo delectati fuissent. Huic expositioni favet antithesis, ubi Moses ait, Panem Angelorum edit homo. Idem responsum sit ad locum ex *Sap. 16. 20.*

3. Ex

3. Ex Jerem. 16. 19. & Es. 45. 15. Nulla ratione quoque concludi potest. Quod Christus cum pane quoad corpus & sanguinem accipiatur in Eucharistia Pontificiorum.

III. RATIO à FIGURIS &

IV. A POTENTIA DEI DESUMPTA EST.

Sed ad illas supra responsum fuit.

V. E PETITIONE DOMINICA

QUÆ FUIT ETIAM

ECCII.

Quia, quotidie tantum panem petimus, non vinum & Quid intel-
quidem, transsubstantialem. Sed hac ratione. 1. Etiam ligatur per
sacerdotibus calicis usque esset eripiendus, quia & illi orant panem in
Panem nostrum &c. 2. Non agit de Pane Eucharistia quarta pe-
stico, sed Panis nomine intelliguntur omnia hujus titione,
vitæ naturalis adminicula per synecdochen. Nam
alias bonorum corporalium nullibi fieret mentio. Ma-
le autem vertis *ἄρτον ἐπιτίθειν* Panem transsubstantialem,
ut sic inde confirmari possis vestram transsubstantiati-
onem & de pane Eucharistico hic agi. 1. Contra vulga-
tam quæ vobis est authentica, quæ exponit, Quotidianum Agit con-
2: Hæc convenit cum Græca. Nam *ἐπιτίθειν* juxta non tra vulga-
nullos deducitur à participio *ἐπιτίθειν* à quo dicitur τῆ ἐπιτίθειν tum editio-
ἡμερᾶ die proxime sequente, ut hic panis, quem in quarta tionem.
petitione petimus, sit quasi succedaneus, h. e. qui pani jam
absumpto succedit. 3. Etiam si intelligeretur panis Eucha-
risticus, nihil proficeres, quia synecdochice poneretur,
ut probant verba institutionis.

VI. Ex

VI. EX PRAXI CHRISTI.

Quod ipse distribuerit tantum sub una discipulis a-
 deuntibus castellum Emaus *Luc. 24. 24.* ex Chryso-
 stomo *hom. 17. in Matth. operis imperfecti,* & Philippo Melan-
 thone.

*Scriptura
allegorica
non est ar-
gumentati-
va.*

Jansenius

Lyra

*redigitur
ad absurdū.*

R. 1. Neminem esse ex Patribus & sic nec Chryso-
 stomum qui ex hoc loco docere audeat, Laicis unam tan-
 tum speciem esse dandum aut saltem cuiquam hoc libe-
 rum relinquendum esse: Per allegoriam quidam tra-
 hunt ad Sacramenti virtutem significandam: Ast hoc
 modo multi scripturæ loci possent accommodari ad Sa-
 cram Eucharistiam. Verum cum scriptura allegoricè nō
 sit argumentativa, haud pia mens in tentationibus certa
 esse poterit, se recte fecisse quod præterita institutione ex
 allegoricis interpretationibus, quarum Christus in scrip-
 tura author non est, unius tantum speciei usurpationem
 defenderit. Hinc Jansenius Ipse Pontificius magni
 nominis Concordiæ tuæ *cap 146.* agnoscit hoc argumen-
 tum in firmum pro communionem sub una specie panis.

Nec *Lyra* persuasum fuit, quod hodie Pontificijs
 certum est de hoc loco interpretando. *Sic enim ait,* Ac-
 cepit panem & benedixit & fregit & porrigebat illis si-
 cut consueverat facere ante passionem: Sic enim frange-
 bat panem ac si scinderetur cultello: Ubi hic mentio fit,
 Christum duobus discipulis Emaunthi Sacramentum
 Eucharistiæ administrasse, & quia non nisi panis fracti
 mentio fit, usū Eucharistiæ sub una specie factū hoc Chri-
 sti, confirmari: Nec Philippus approbat, quod non-
 nulli historiam Lucae de S. coena exponant. 2. Ex hoc re-
 digimur ad absurdum. Aut in voce panis admittenda est
 Synech-

Synech-

Synecdoche, ut sub intelligatur etiam potus aut Christus consecravit sine vino. Si prius, tunc vos nihil juvat. Si posterius E. etiam hodie sacerdotes sine vino consecrare possunt. Quod vos strenue negatis. Videatur Bellarm. l. 4. de Eucharist. c. 27. p. 522. & alij. 3. Rationes autem quare negemus administrationem cœnæ hîc peractam fuisse sunt potissimum hæ.

I. Ex qua actione discipuli cognoscere non potuerunt Christum, de illa hoc in loco non agitur & contra. Nam talem actionem peragere voluit, quæ agnitionem u i procrearet in horum duorum discipulorū in tellectu, uti etiam ex illa Dominum agnoverunt, nempe ἐκ τῆς κλάσει τῆς ἄρτης h. e. ἐν τῷ κλάει τὸν ἄρτην ut particula ἐν Phrasi Hebræa significet causam procreantem. Confer verum 16. 18. 30. & 31. Luc. 24 v. 24. non agitur de Eucharistia.

Ex Eucharistia agnoscere non potuerunt, quia soli duodecim interfuerunt supremæ cœnæ h. Eucharistia vel ejus actiones hisce duobus notæ non potuerunt esse, ut ex jis Iesum Nazarenum agnoscerent E. de Eucharistia hoc loco non agitur sed de alijs actionibus sive ritibus, quos Iesus cibum sum turus observavit, nempe panem accepit & suspiciens in cœlum benedixit, fregit & porrexit, vid. Matth. 14. 19. Marc. 6. 41. Luc. 9. 16. Matth. 15. 36. Marc. 8. 6.

Cum viderent hoc more solito, qui ipsis fuit notus, cibum ipsam sumere, Christum Nazarenum agnoverunt.

II. In qua historia omittuntur verba illa, quæ Eucharistiæ quasi propria sunt & quæ illam ab alijs cœnæ sumptionibus unice distingvunt, illam agere de Eucharistia dicere certitudine fidei nequeo. Major hæc clara

est. In hac historia omittuntur verba illa, quæ Eucharistiæ quasi propria sunt &c. Talia verba sunt, hoc est corpus meum; *Matth. 26. v. 26. Marc. 14. 21. Luc. 22. 19. 1. Corinth. 11. 24.*

Inst.

Inquis, virtute & operatione Sacramenti oculi cordis & fidei eorum aperti sunt;

Hoc inquis sine ullo fundamento, cum in textu nil legatur de oculis fidei. Et mira consequentia. Aperti sunt oculi eorum E. administrata fuit Eucharistia. Annõ consuetudo hæc frangendi panem Domino familiaris & discipulis nota huic rei sufficiens potuit esse? Annon benedictio antegressa factionem vel aliud aliquid?

VII. EX PRAXI APOSTOLORUM.

Act. 2, 20.

Quæ habetur *Act. 2. 45. & c. 20. 11.* R. Hæc loca Chrysostronus & Oecumenius interpretati sunt, nõ de sacramentali cœna, sed de communi epulo primitivæ Ecclesiæ, in quo bona in commune collata distribui solebant, pro ut quisq; opus habebat: Quod admodum probabile reddidit 1. Quia Lucas distinguit *κοινωνίαν* seu communionem, qua voce usitate cœna dominica exprimebatur, à fractione panis *v. 42.* quæ distributionē quamcunque significat *Marc. 8. 19. Matth. 14. 20. & 15. 37. Joh. 6. 10. Sicut v. 45.* de distributione illius, quod contulerant, agitur 2. Quia *v. 49.* Hoc idem verbum usurpatur quod frangentes panes domatim ceperint cibum; qui est alimentum, quod non intelligi potest de Eucharistia.

Obscura

per Clario-
ra sunt ex-
ponenda.

II. Loci obscuriores exponantur per clariores, factentibus universis Sacræ scripturæ interpretibus. Jam si loci sunt obscuriores, quia variè interpretantur E. propria

pria sedes est ad eunda, ubi ex professo tractatur apud tres Evangelistas & Paulum, ubi non proferri poterit ex uno loco institutionis, quod mentio ibi fiat solius panis.

III. Pontificiis ipsis sacrilegium est, si Sacerdos celebrans consecret non utramque speciem, sed panem tantum, & si sumat tantum unam speciem. Si igitur *Act. 2.* Quia tantum panis exprimitur, ideo simpliciter excludendum est poculum Domini, sequitur Apostolos cœnam Dominicam Panis solummodo, non etiam Calicis consecratione celebrasse, & *Act. 20.* cum Paulus frangerit & ipse gustaverit contra verba Christi fecisse, **BIBITE OMNES.**

**VIII QUOD MINUS CAREAT PERICULO;
PROBANTE RUDOLPHO ABBATE
APUD S. TRUDONEM.**

*A periculo
effusionis.*

Nam fundi posset leviter, simplexq; putaret
Quod non sub specie totus Jesus esset utraq;

R Periculum effusionis oritur ex errore de transubstantiatione, sed cum Sacramentū extra usum non habeat rationem Sacramenti, illud periculum evanescit. Nec alterum periculum sufficit ad Sacramentum mutilandum, possent enim Laici putare, impossibiliter esse falsum, tres distinctas personas dari in unica essentia divina num igitur statim hæc doctrina divinitus revelata est mutanda?

IX. Majori fit cum Reverentia, est voluntati divinæ, Catholicæ fidei & usui conformior, quod

Pontificij
non exhibent tantum
Eucharistia.

quod totus Christus sit sub qualibet specie. Sed ad hoc in superiori ex parte est responsum & inferius fiet ubi nostram thesin, ex verbo Dei probabimus. Quod autem tunc communio sit cum majori reverentia conjuncta, si fiat sub una specie tantum id est quod negamus. Nec video an tantam, reverentiam exhibeatis Eucharistia, quando a sanguinis ejus Sacramentali communionem fidelia Christi membra arcentes docetis, Corpus & sanguinem Christi per se ad opus flagitiosum perficiendum applicari: a sceleratis hominibus imò a canibus & porcis brutis devorari, per vomitum ejici & iterato sumi poste *Alex. Alen. p. 4. q. 11. a.* Reliqua quæ subjungis, cum sine probatione ponantur, ea facilitate possunt rejici, quæ ponuntur: utpote 1. Esse experimentum omnium Christianorum an obediant Ecclesie vel non sc. hodiernæ Romanæ; qui vero vocem Christi audit, illius institutionem sequitur ac sub utraq; hoc sacramentum sumit.

2. Ortum trahere a praxi Antiquitatis R. sc. nuperæ Anno Christi 1414. in Concilio Constantiensi. In primitiva enim Ecclesia Sacramentum hoc fideles recepisse sub utraq; specie, ipsum illud concedit sed postea a conficientibus sub utraq; consuetudinem unius speciei ad evitandum aliqua pericula & scandala rationabiliter intraductam esse *Sess. 13.* Sic Concilium Tridentinum *Sess. 21. c. 2.* Licet ab initio Christianæ religionis non infrequens utriusq; speciei usus fuisset tamen progressu temporis latissime jam mutata illa consuetudine &c. Audis mutationem institutionis Christi progressu temporis introductam.

3. Nul;

3. Nullum adesse præceptum de utraq; specie, inferius contrarium experieris.

4. Demonstrat fidem, magis meritoriam & perfectiorem. R. Fides ex auditu, Auditus vero per verbum Dei Rom. 10. 18. E. ubi disceditur à verbo Dei, non potest esse vera fides. In communionem sub una specie panis disceditur à verbo Dei E. In communionem non potest esse vera fides, Et consequenter nec meritoria vel perfectior esse, 2. Fides non potest dici magis meritoria. Cum enim justificemur gratis, Fide in sanguine Christi Rom. 3. 24. & 25. Iustificamur imputata justitia Christi, sanguis enim Christi nobis non inhæret, nec fides quæ nobis inhæret potest mereri, alias aliquid nobis inhæsitivum iustificet & si meritorie à parte nostra, non gratis E. per inhærentem fidem tantum nobis applicatur sanguis Christi, qui iustificat meritorie, de quo fusius agitur in articulo Iustificati contra vestra merita justificationis.

Fides non est meritoria.

5. Sufficit ad salutem R. Sacramentum altaris sacramentaliter iustificat & affert salutem æternam, nempe ob signando justificationem sive justitiam, imputatam & plenam rei significatæ possessionem dando. Ut jam det rei significatæ possessionem; hoc ex verbo Dei discendum est, in quo audimus hoc fieri mediantibus duobus externis elementis pane sc: & Vino.

Sacramentum altaris quo modo iustificat,

6. Quia omnes hæretici hunc in utraq; specie sumendi cœnam ab usum accipiunt, ita magis ad nucleum & virtutem Sacramenti respiciamus, quam ad species. Cum faciat etiam ingens discrimen inter Pontificos & Lutheranos. E.

R. Non licitum est mutare dogmata divina ad distinctionem à hæreticis. Nam sine mendacio consum-

metur verbū & legis *Syr. 34. 8.* Nec faciendum est malum aliquod, ut inde eveniat bonum *Rom. 3. 8.*

7. Dictum Augustini, quod in Catholica Ecclesia semper observatum, nec in Conciliis primo institutum, illud pro traditione Apostolica & divina tenendum est.

Sed, Apostolica Ecclesia fecit contrarium ut & primitiva Ecclesia, ut patres illius temporis testantur: Scholastici contra disputarunt Lombardus *l. 4. sent. d. 11. F. Ales. p. 4. q. 32. memb. 1. 2.*

CONCLUSIO AD PRÆPOSITAS probationes.

Dicis, huc usq; sufficienter demonstratum esse, Communionem unius speciei non esse illegitimam, Sed quam bene demonstraris, iudicium a qui lectoris requirimus.

Cui hæc non sufficiunt, illi reponis omnes Christianos Cæsares, Reges, principes ac Dominos, qui usi sunt, hac nostra communione.

*Multitudo
Magnatū
non est nota
vera Ecclesia.*

R. Plures esse Magnates qui a vobis in hunc errorem etiam inducti, quam qui nostram doctrinam amplectuntur agnoscimus. Sed exinde non potest probari nostram doctrinam esse falsam. Si enim fatente Bellarm. verè & clarè diceretur Ecclesia Catholica sola una provincia, dummodo clare ostenderetur eam esse unam & eandem cum illa quæ fuit aliquo tempore vel diversis in toto mundo *l. 4. de not. Eccles. c. 7. p. 285.* Quidni nostra doctrina sit pura dicenda, si ostenderetur illam convenire cum Catholica Ecclesia Apostolorum, licet non habeat tot Magnates pro nutriciis & defensoribus. Ut enim Regnum Christi de hoc mundo non est, *Joh. 18. 36.* Sic necessarium non est ut Ecclesia pompâ cæsarium & Magna-

Christi Ecclesia non est de hoc mundo.

Magna-

Magnatum aliorum sit illustris, qui defendant Ecclesie dogma. Tempore Eliae & sub 10. persecutionibus nulli illustres & potentes manifesti facti sunt, qui Israeliticam religionem defenderent, num igitur illa fuit falsa? minime gentium. Peste Ariana cum non portiuncula quaedam, sed penè totus orbis erat contaminatus, adeo ut propè cunctis Latini sermonis Episcopis, partim fraude decepris caligo quaedam mentibus offunderetur, ubi tunc erant multi Reges & principes pugnātes pro vera religione. E. illa fuit falsa, Ariana autem quam defenderunt. vera ē ἀπορν. Sed Ecclesia etiam novi Testamenti præeunte Ecclesia Israelitica, dicere verè potest. Sæpe affixeruntur me à Juventure mea *Psal. 129. 1.* Nec Patres omnes usq; ad annum 1600. crediderunt communionē sub una specie, quod tamen tu sine ulla probatione asseris.

Si autem, pergis. nolimus credere authoritati Patrum (forsitan conciliabulorum Constantiensis, Basiliensis & Tridentini) nobis objiciendum esse, ostendite nobis successiones vestras, edite origines vestras, monstrate locum & Authorem ubi & quis ante Lutherum & Calvinum vestra dogmata docuerit. Non enim concessum est, aliud aliquid recipere, quam quod Ecclesia Catholica docuit, docet, & docebit. Ex Vincent. Livinensi c. 14 de profanis novitat:

Successionem quod attinet, distinguimus inter successiorem localem sive personalem, & doctrinalem. Localis nihil probat, Nulli enim loco sic est alligata divina gratia, ut non possit fieri in eo doctrinae corruptio. Sic ab hujusmodi lapsu non fuerunt tutæ Jerosolymitana, in qua docuerunt Christus ipse & Apostoli, Alexandrina
 Successio a-
 lia est loca-
 tu alia per-
 sonalis.

quæ

quæ à Marco creditur plantata, in qua successerunt Ariani, Eurichiani, Monotelitæ. Constantinopolitana, in qua Macedonius, Nestorius, Eutyches, successit. Antiochena à Petro fundata, in qua successit Samosatenus, ex Eutychianis Petrus Graphæus, ex Monotelitis, Mercurius; Si nunc Roma tuta sit ab errore, testatum id facere sufficientibus fundamentis necessum erit. Doctrinalis igitur requiritur in Ecclesia vera, ut illa sit Ecclesia vera, quæ habet successores docentes, quod Christus, Prophætæ, Apostoli docuerunt. Hinc

Lutherani
sunt Pro-
phetarum
& Aposto-
lorum suc-
cessores in
doctrinâ.
Successio
continua
& localis
necesse non
est ut pro-
betur.
Successio
alia est vel
in Occulto.
Vel in Ma-
nifesto.

Quicumq; docet id, quod Christus Prophætæ & Apostoli in scripturis tradiderunt, is eorundem est successor. Lutherani Doctores docent id &c. Quod probare possumus in singulis articulis E. Horum successionem continuam & locum non est necesse, ut ostendamus ex historiatarum humanarum incertis testimoniis, Quis, cui, quando, quomodo & ubi successerit; quod docet status Ecclesiæ Judaicæ sub captivitate Babylonica; Sub Novo Testamento tempore patientis Christi. Sic & quando Ecclesia in deserto asservanda fuerat *Apos. 12. 14.* Interim successionem fuisse continuam, eamq; vel in occulto ut E. liæ temporibus factum *1. Reg. 19. 18. c. 18. 4.* Ubi quinquaginta Prophætæ, quos Obadia in spelunca abscondiderat, profitebantur fidem suam in spelunca, sed non apud Achabum, neq; apud Jezebelem. Sic discipuli ob metum Judæorum occulte in cætu suo confitebantur fidem; Vel in Manifesto per scripturæ Sacræ sub doctoribus corruptis qualemcunque conservationem *Matth. 23. 2. Act. 15. 21. Luc. 16. 19.* Per quosdam confessores, quos Deus sibi peculiariter asservat, quiq; proximū & familiam instruunt, probatur ex promissione Christi, qua pro-

misit

misit, se per omnes ætates excitaturum operarios ad salutem hominum æternam procurandam *Mat. 20. & c. 28. 20.* Nec portas Inferorum adversus Ecclesiam prævalituras *Matth. 16. 18.*

Vides igitur Originem nostram à Prophetis & Apostolis, successionem etiam, quæ quandoq; occulta;

Quandoq; etiam manifesta & sic locum etiã habebat in multis Europæ regnis apud coetus integros Waldensium sc. & Græcorum; apud multos Impatores, reges & principes, Martyres & Doctores. Vide catalogum testium veritatis apud Flacium, Magdeburgenses in centuriis, in quibus libris fidei nostræ propagatio & continuatio clarè ostenditur, dum recensitur, quinam singulis seculis illam docuerint & Papæ fideliter contradixerint.

CHRISTUS IMMUTABILE DECRE-
tum unius vel utriusq; speciei facere non voluit, sciens Ecclesiam habere hanc potestatem & auctoritatem.

Quæ copiose præfatis de vestigiis insequendis antecessorum, item de auctoritate Patrum, in præcedentibus sunt soluta; propositum igitur thema statim aggredimur.

Christum immutabile decretum utriusq; speciei fecisse, inferius probabimus. Tui autem erit demonstrare, Ecclesiam habere jure divino potestatem statuendi de distributione hujus sacramenti, contra expressa Dei verba: Procedis, hoc modo. Quæ Ecclesia habet has notas. 1. Ut sit sponsa Dei in æternum *Os. 2. 19.* 2. Promissionem habet Ecclesiæ Dei datam *Es. 59. 21.* 3. Quod

K

Christus

Christus ad finem mundi apud eam mansurus sit *Matth. 28. 20. Joh. 14. 18. &c.* Illa est vera Ecclesia Dei. Sed Romano Catholica tales habet: quod probare vis 1. ex cap. 1. *Rom. v. 8.* 2. Ex supremis Episcopis Numero 240. 3. Authoritate omnium patrum & Doctorum 4. Ab omnibus Concilijs 5. Ab omnibus Populis, qui conversi ab Ethnicismo Solam Romano Catholicam fidem receperunt. 6. Ab omnibus Magnatibus Christianæ Reipub: &c.

Affectiones
notæ.

E. Romano Catholica Ecclesia est vera Ecclesia & consequenter (forfan vis ita inferre, alias nil concluderes) quod dicit & facit, justum est. Sed dicit se habere authoritatem statuendi de distributione Sacramenti Altaris sub una specie & ipsa facit hoc E. id justum est.

R. 1. Hac ratione posset etiam Pontificia Ecclesia, cum ipsi placuerit, abrogare totam communionem.

2. Posita à te prædicata Ecclesiæ notas vocas, cum tamen ipsis non competant affectiones notæ. Nam omnis nota quæ tueri suum nomen volet, notior esse debet re notata, & si propria est, soli illi rei conveniet, cui notandæ adhibetur, & si infallibilis est, erit proxime & perpetuo conjuncta cum re notata, aded ut cum ea possit reciprocari, Nunc notis tuis hæ affectiones non conveniunt E.

3. Negamus Minorem, dicta enim à te allegata non loquuntur de Romana Ecclesia, sed de Ecclesia universali. Nec ad probationem facit allegatum dictum ex *1. c. Rom. v. 8.* Ubi Paulus dicit Romanorum fidem annunciari in universo mundo. Ac sic esse Catholicam nec desitutam. Nam nihil magis exinde potest concludi, quam

cx

ex fide Theſſalonicenſium, quæ perſonuit non ſolum in Macedonia & Achaia, verum etiam in omni loco, dominavit 1, *Theſſ.* 1.8. Nec tamen Theſſalonicenſes ipſi jam ſuorum antecellorum fidem habent. Sic etiam apud vos fuit vera fides, quam Paulus Romæ prædicavit, Sed jam deſiit, Nos Lutherani autem in illa vivimus, Deo ſint grates, quod collatio noſtrorum ſymbolicorum librorum cum Epistolis Pauli oculariter monſtrabit. Et quemadmodum Hieroſolyma primum erat urbs ſancta, poſt facta eſt meretrix *Eſ.* 1.21, & tota ſynagoga Judaica, quæ primum erat Dei peculium, poſt degeneravit in Phariſaicam colluviem, multis erroribus contaminatam: Simili modo hoc etiam contigit Romanæ Eccleſiæ, quæ tempore Pauli in omnem locum divulgata eſt ob obedientiam *Rom.* 16.19. Fuerunt dilecti Dei & Sancti, jam vero facta eſt miniſtra Antichriſti occidentalis. Qua minore recte negata, non ſequitur tua altera conſequentia, quod ipſi in omnibus credendum ſit.

*ROMANA
Eccleſia eſt
Antichriſti
miniſtra.*

Unicum adhuc reſtat quod indiget reſponſione. Negas noſtram Eccleſiam Lutheranam eſſe veram Eccleſiam, quia nuper orta ſit in una natione &c: (quibus ſatisfit ex ſuperioribus) & quod ſit diſperſa in varios errores & diſſenſiones.

R. Si ob hoc Eccleſia noſtra vera Eccleſia non eſt, multominus veſtra. Licet enim nonnulli ex noſtris Theologis habeant diſſenſiones, tamen hæ ſunt tantum circa fidem, nec quicquam præjudicare poſſunt toti Eccleſiæ; Sed veſtra errat etiam in fundamentis. Vocatur ab antiquioribus Scriptoribus Pontificijs ſchola errorum, Templum hæreſeos. Contradicit Petro, Paulo, Chriſto. Inſtitue collationem Bibliorum Lovaniensium, Sixti V.

Biblia Sixti V. & Clementis VIII.

Papa Viti-
is valde no-
bilis est.

& Clementis VIII. Sane quot occurrunt in ijs manifestæ contradictiones. Caput vestræ Ecclesiæ (Papa sc:) quot & quantis vitiis, nobilis est. *Alexandro VI.* pro ludo & joco fuit nefandis turpitudinibus se contaminare; lege *Epitaphium à Sanazario scriptum.* Sixto VI. tale est: Sixte jaces tandem deflent tua busta Cynædi, Scortaq; Lenones, alea, vina, venus. Innocentius VIII. Fit conspicuus hoc disticho à Marullo scripto: Octo nocens pueros genuit, totidemque puellas. Hunc merito poterit dicere, Roma, Patrem: Spiritu Necromantico agitatum Sylvestrū II. testis est Platina. Vide Encomia notabilia quæ Johannes XXIII. à Concilio Constantiensi accipit, quæ igitur ab illis oriri potest certitudo, & puritas credendorum.

LUTHERANI NULLAM PRÔFER-
re possunt causam quare Christus
calicem mandare voluerit!

Causas
quare
Christus
sub utraq;
specie insti-
tuerit non
indagemus

R Etiam si Lutherani nullā proferre possēt causam quare Christus ita instituerit, tamen nihil rei decederet. Trāquillare n. consensum eorum satis potest institutio & mandatum Christi, quod communio sub utraque specie, non vero sub una, fiat. Hūc autem justas dispositionis hujus causas & rationes habuisse, quas præsupponere, nō indagare modestius est, nullus bonus discipulus Christi dubitare debet; Imo stultitia Dei (h.c. quæ hominibus stulta videtur) sapientior est quam homines *1. Cor. 1. 25.* Sed dicat potius cum Augustino ex *Sermone 11. de verbis Apostoli*: Disputare vis mecum! mirare & exclama, O altitudo!

tudo!

tudo! Ambo consentiamus in pavore, ne pereamus in errore. Dicis, in ultimo *S*, unde sciamus voluntatem Christi & nobis opponendum esse id, quod Paulus scribit ad *Rom. c. 11. 34.* Quis cognovit sensum Domini aut quis Consiliarius ejus?

Rom. 11, 34

Multo rectius tibi hoc objicitur, quando urges nos inepte, ut demus causas hujus decreti, quas tamen τὰ λόγια τῆς θεῆς *Rom. 3. 2.* in scriptura non sub ministrant expressis, ἀ λόγῳ enim *Joh. 1. 18.* non est manifestatum, qui tamen mysteria, æternis temporibus tacita *Rom. 16. 25.* (Si creditu necessaria sunt) revelavit: vides etiam, unde hauriamus hanc cognitionem de communionem; è scriptura scilicet: ad quam sub veteri pariter ac novo foedere in rebus cultum divinum concernentibus unice sumus adstricti. Ex hac etiam non tantum nostrates hætenus; verum etiam Johannes Huls ante annos mille & quadringentos communionem nostram copiose demonstravit, ut frustra dicam scribas, nos hætenus id non ex scriptura docuisse.

Accommodas nobis illud *Jobi 12. 2.* Vos estis soli homines & vobis cum morietur sapientia? quasi admirandus, quod Romano-Catholica Ecclesia hæc in verbo Dei intra 116. annos non intelligere potuerit.

Jobi 12, 2

R. Si aggredetur Biblia legere 1. præmittendo ardentem precationem cum lectione assidua, meditatione & contemplatione. 2. Deo in scripturis docenti in fidei simplicitate aures unice præbendo. 3. Sine præjudicio. 4. Cum animo fide & pœnitentiâ prius purgato & in quo veræ pietatis studium sit. 5. Cum reverentia & amore veritatis; Tunc nullum dubium est, quin etiam verum sensum & intellectum verbi divini ex scriptura

Quare Romana Ecclesia non intelligat Biblia?

Explicatur
dictum.

Rom. 11, 34

fit assecutura. Quia vero hoc non facit, mirum non est, quare oculi maneant clausi. Considera attentius hæc dicta *Ps. 11. 33. 34. 73. Jacob. 1. 5. 1. Tim. 4. 13. Job 5. 39. Rom. 8. 6. 7. 1. Cor. 1. 21. 22. 23. Matth. 16. 6. Col. 2. 8. Marc. 1. 15. 2. Tim. 3. 5. 7. 2. Thess. 2. 10. & 11.* Hinc ineptè etiam tu applicas dictum illud Pauli *Rom. 11. 33.* Quod nos non queamus scire, communionem sub utraq; esse mandatam à Deo, quia Paulus dicit, quis cognovit sensum Domini &c. Retorqueri posset hoc argumentum in vos, quod non possitis scire communionem sub una Deo placere; Quis enim cognovit sensum Domini &c.? Loquitur autem dictum non de revelata Dei voluntate, consiliis & judiciis, sed de iis, quæ non sunt revelata. Sic dubium non est, quin Deus exactissimè ante mundi tempora præviderit & hodie etiam novit, quinam ex eorum numero, qui vocati sunt, in Christum credituri aut non credituri sint, qui ex conversis in fide perseveraturi sint, qui non; qui in peccata gravia prolapsi, erigendi rursus sint, & qui in sceleribus perstituri. Talia, quia Deus suæ sapientiæ soli refer vavit, neq; in verbo revelavit, efficiunt, ut cogamur exclamare *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei &c.* Sic Bellarm. *l. 3. de justif. c. 12. p. 267. § 3.* Altitudo secreti præcipuè respicit causam, cur Deus unum eligat, alterum non eligat. Et *lib. 2. de amiss. grat. & statu pec. c. 12. p. 212. § 3.* Laborat Apostolus in eo, quod in pari causa Deus unius misereatur, alterius non misereatur. &c. Hujus enim discretionis nulla causa assignari potest, nisi Dei voluntas. Quid hæc nunc ad distributionem cœnæ, ubi scimus ejus mandatum ex S. scriptura. Quando jam rationes dare volunt Theologi à priori hujus institutionis, illas nolunt esse evincentes, sed piæ sunt cogita-

cogita-

cogitationes. Quando enim causas & rationes reddunt, quare nobis sit sub utraq; specie communicandum, illas sumunt ex verbis institutionis. Rationes autem inter alias proferunt hasce.

Quare sub
utraq; sit
communi-
candum.
I. à ratione
Testamēti.

I. A ratione Testamenti, quo titulo hoc Sacramentum appellatur. *LUC. 22. 70.*

Quicumq; non distribuit & accipit Sacramentum eo modo quo legavit testator, is non perficit voluntatem testatoris: Nec accipiet hæreditatem.

Pontificij non distribuunt & accipiunt eo modo, quo legavit testator (Christus) Is enim voluit, ut utraq; specie mediante distribuatur. E. Pontificij non perficiunt voluntatem Domini, nec hæreditatem, corpus scilicet & sanguinem accipiunt.

II. A fructu hujus speciei, bibitionis. Sic enim Ambrosius loquitur *l. 5. de Sacramentis c. 3.* Scriptura consentiente. Quotiescunq; bibis, remissionem accipis peccatorum & in ebriaris spiritu. Et Cyprianus *l. 1. Epst. 2.* Quomodo docemus aut provocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus?

II. à fructu
bibitionis.

Sic etiam plures effectus producit sive fructus, Eucharistia sub utraq; specie. Nam quæ distincta sunt in Christo, etiam distinctim exhibentur, corpus cum pane, sanguis cum vino. Sed posteriori fructu privati homines. Quod attinet caput 6. Iohannis, ubi manducationi tribuitur effectus vitæ æternæ. Ad hoc superius est responsum.

III. A fine hujus sacramenti. Quod ad commemorationem mortis Dominicæ pertinet, id in sacra cœna ab omnibus est faciendum. Ratio quia commemora-

III. A fine
hujus Sa-
cramenti.

tio

tio mortis ab omnibus requiritur. Bibitio ad commemorationem mortis Dominicæ pertinet *Matth. 26. 28. 1. Cor. 11. 25. E.* Bibitio in S. cœna ab omnibus est facienda.

Nihil obstat quod dicis, commemorationem mortis fieri etiam in sumptione panis. Nam distinguendum est inter commemorationem Sacramentalem & Spiritua- lem tantum. Hæc fieri potest etiam ex concione ad mortem Christi spectante; Illa autem requirit utramque speciem secundum institutionem Christi.

IV. A signi-
ficatione.

IV. A significatione. Quia duæ species simul sumptæ plus significant, quam una. Nam significant integrum convivium constans cibo & potu. Una species significat alteram tantum partem convivii, ut species panis, solum cibum & species vini, solum potum. Non igitur tantum dicimus de significatione unionis fidelium cum Christo, quæ fit in vino & pane, quas similitudines allegas, sed de significatione perfectionis convivii, in quo datur nobis corpus & sanguis Domini.

NULLA SCRIPTURA PROFERRI
potest, quare una species Pontificiorum sit
tollenda & utraq; Lutheranorum
introducenda.

Quatuor
argumen-
ta Lutherano-
rum de-
fenduntur.
1. ex *Iob. 6.*
v. 53.

Quatuor nostratum argumenta è scriptura desum-
pta, profert & eludere cogitas, sed quam bene vide-
bimus. 1. Argumentum dicis esse Huslii ex *6. cap. Johan-*
nis v. 53. Nisi manducaveritis carnem filii hominis &
biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

Hoc

Hoc inquam argumentum contra tuos optime urgere possumus ex hypothefi, quod statuant *6. cap.* Joannis agere de negotio Eucharistico; (Alias etiam nonnulli vestrorum contrarium sentiunt, non hic agi de coena inter quos Nicol: Cusanus, Cajetanus, Ruardus Tapperus, Cornelius Jansenius; argumentor hoc modo.

Qua re neglectâ, nullus vitam æternam habet, ea sane & à Laicis requiritur ad vitam æternam.

Manducatione & bibitione neglecta nullus vitam æternam habet. Manducatio & bibitio requiritur etiam à Laicis ad vitam æternam. Sed manducatio & bibitio non fiunt nisi mediante pane & vino, quod considerans Jansenius magni nominis Pontificius *concordia c. 59.* Difficile est, ait, bene hunc locum explicare sic, ut tamen non significetur necessitas sumendi utramque speciem.

*Confessio
Jansenij.*

Dicis 1. Christi carnem tantum sub specie panis edi & sanguinem tantum sub specie vini bibi, imo hoc & non alio modo homines oportere frui carne & sanguine Christi, nunquam Hufs obtinere poterit ex hoc loco; Nullibi enim fit mentio duarum specierum.

Instantia.

Responderent 1. Christus exprimeret modum sumendi sanguinem, nempe bibitionem, & modum, sumendi carnem, nempe manducationem, ex quo concludendum foret, quod nō concedat quam libet sanguinis & corporis sumptionem, quæ posset fieri sub una specie, sed sumptionem carnis, quæ debet fieri manducatione & sumptionem sanguinis, quæ debet fieri bibitione, quæ distincte Christus posuit, de symbolis quidem nullam fecisset mentionem, sed illa postmodum in institutione, quæ post integrum annum secuta est hanc concionem Joanniticam, ordinasset, è qua illa essent petenda. Ubi au-

R. L.

L

dimus,

dimus, quod corpus dederit mediante pane, sanguinem mediante vino. Recte interim urgeretur ex hoc textu

Duo urgē-
da sunt ex
loco Ioh an-
nis contra
Pontificios.

contra vos

I. Quod communio non tantum fieret sub pane, item una sumptione, hominem non manducare carnem & bibere sanguinem, quia nemo dicit, quod sub pane bibamus vel panem bibamus; Audi Jansenium *l. alleg.* Uno illo actu, quo sumitur species panis, intelligunt hominē & manducare carnem & bibere sanguinem Christi; Verum non facile apparet, quomodo aperte exterior illa sumptio posset dici bibitio: Manducatio enim recte dicitur, quia sumitur ibi aliquid per modum cibi; Sed quomodo bibitio, cum nihil sumatur per modum potus?

II. Retorquetur hoc argumentum in vos. Ex illo enim conanymi probare, communionem debere fieri sub una specie panis sc: Sed ubi hic mentio fit panis. Quando igitur ita argumentaris contra nos. Hic nulla fit mentio utriusq; speciei, E. sub utraq; specie non est communicandum.

Retorqueo. Hic non dicitur, quod communio fiat corporis & sanguinis Christi sub una specie panis E. sub una specie panis non est communicandum, quod tamen in prima probatione exinde voluisti probare.

Instas, unam speciem melius exinde probamus, quod frequentius, manducationis fiat mentio in hoc capite, quam manducationis & bibitionis simul: nempe manducationis octies, sed manducationis, & bibitionis tantum quater. Responderi posset. Non fieri mentionem manducationis frequentius propterea, quod voluerit docere communionem sub una, alias vestri sacerdo-

cerdotes etiam sub una accipere deberent, nam illi etiã concedente Bellarm. lib. 4. de Euchar. c. 25 pag. m. 552. § 2. Hoc in loco intelliguntur, quos dicit obligari ex hoc loco, ut sumant sub utraq;. Sed quòd hujus concionis occasionem Salvator accepit ex præcedente actu, ubi quinq; millia hominum quinq; panibus satura verat, cum jam ob hoc miraculum populus illum Regem temporalem creare vellet, differebat ipsis de alia manducatione & pane quem carnem suam appellat, quam pro mundi vita daturus sit, ac sic occasionaliter hoc factum est. *In-*
stas Conjunctio ET non semper duo conjungit, sed sæpe disjunctive accipitur pro AUT, ut sit sensus, si non manducaveritis aut non biberitis &c. uti ipse Paulus 1. Cor. 11. 27. id interpretatur: Sic *Exod. 21. 15. Apoc. 1. 3.*

*Inst. Et non
semper
conjungere*

R. 1. Argumentaris à particularibus hoc modo ET non semper sumitur copulative, sed sæpe disjunctive, E. etiam in his verbis apud Joannem; In qua argumentatione nulla est consequentia. Nec tuam causam juvat, quod dices, hoc in loco esse interpretandum pro AUT, quia Paulus ita est interpretatus. Nam editio vestra Latina, quam Cononizavit Tridentinum Concilium scilicet 4. retinet ET, à qua discedis. Inferimus ita, ET apud Paulum vel recte positum vel male. Si malè, vestra editio errat, quam tamen cononizatis, si recte, tuam causam nihil juvat. Elige utrum voles. De loco autem 1. Cor. 11. & particulâ ñ inferius agatur.

*R. 1.
malè argu-
mentaris.*

2. Quia significatio AUT non fluit ex ipsa voce ET, per se, nam ex sui natura tantum conjungit, sed ex qualitate rerum, de quibus sermo est, quando scilicet: tales sunt, ut non possint conjungi, jam videndum erit an hoc loco manducare carnem & bibere sanguinem sint actiones

quæ

quæ nō sit conjungendæ sed disiungendæ. Quod sint conjungendæ, si de Sacramentali manducatione (vel plane idem, si de Spirituali fruitione accipiatur) apparet ex *v. ss.* ubi caro & sanguis considerantur tanquam cibus & potus; Verum cibus & potus in cœnâ vel convivio non disjunctive sed copulative sese habent. Non aut edunt aut bibunt, sed & edunt & bibunt convivæ.

Deinde disjunctione hac arbitrio cujusq; relinqueretur, utrum velit corpus solum, an sanguinem solum sumere, quod vestræ doctrinæ repugnat, in primis a vestræ concomitantia. Nec est quod diversam loci hujus explicationē nobis objicias, cum & vestri variant interpretes, & potest ex vestra hyporhesi nihil ominis argumentum Hussi contra vos urgeri ut & hæctenus fecimus.

II. argu-
mentum
Lutheran.

II. ARGUMENTUM LUTHERANORUM.

QUOD quoad essentialia in prima celebratione cœnæ factum est, id in omni celebratione cœnæ faciendum est.

Atqui utraq; specie omnes communicabant E. & hodie in celebratione cœnæ id faciendum est.

Majorem probo ex *Lucæ c. 22. 19.* Hoc facite. Vbi jubet ut Apostoli faciant, quod ipse fecit. Consentiente Bellarmino *l. 4. de sac. Euch: c. 25. § ult: p: 560.* Videtur, inquit, sententia Joannis à Lovanio valde probabilis, qui docet verba Domini apud Lucam ad omnia referri, id est, ad id quod fecit Christus & id quod egerunt Apostoli, ut sensus sit. Id quod nunc agimus, ego dū consecro & porrigo & vos, dum accipitis & comeditis frequen-

quentate deinceps usq; ad mundi consummationem. Sic idem Bellarm : l. 1. de Missa c. 12. § 2. p. 654. Hoc præcepto contineri docet totum illud, quod Dominus fecit in cœna, tam circa vinum quam panem. Minorem non negabis quod distribuerit omnibus præsentibus utramq; speciem.

Priusquam vero tuas exceptiones solvimus satisfacimus objectioni, de dissensu inter Lutherum & Calvinum, Lutherum sc. fundare calicem super verba *Hoc facite*. Cui contradicat Calvinus qui fundet super hæc *Bibite ex hoc omnes* l. 4. instit: c. 17. § 47.

R. Nisi producere diversa & varia argumenta, tibi est contradicere, sane non probabis Lutherum & Calvinum sibi contradicere. Nam sicuti verba Christi Edite, Bibite: continere mandatum, nusquam negavit Lutherus, sic nec loco allegato Calvinus negat, ex verbo *Facite* colligi rectissime, communionem debere fieri sub utraq; specie, quæ non semel in prima cœna, sed in omni cœna Eucharistica sit repetenda.

Excipis 1. verba hæc, *Hoc facite*, non possunt, Calicem mandatum esse, evincere, quia hæc verba post datum panem, non vero post calicem ponuntur *Luc. 22. 19.*

R. I. Tui socij hisce verbis, *Hoc Fa. ite*, consecrationem non panis, tantum, sed & vini probant: Tu vero verba illa ad calicem non spectare contendis.

II. Hoc facite referendum esse etiam ad alteram partem (calicem sc:) docet particula *ὡσαύτως* *Similiter v. 20.* quod confirmat,

III. Apostolus Paulus qui præceptum illud, *hoc Facite*, ex æquo ad panem & ad calicem distincte applicat *1. Cor: 11. 24. & 25.* Hoc facite quotiescunq; biberitis ad mei commemorationem,

Mirum
modum
Contradi-
endi effigit
Reinhele.

Exc. 1. Ver-
bum Facite
non conti-
nea man-
datum ca-
licis.

Exc. II.

Facite in-
telligen-
dum esse
restrictivè.

Ad hoc excipis 2. Paulum cum restrictione dixisse: Hoc Facite, nempe, quotiescunq; biberitis, h. e. Si biberitis, & sic non præcepisse.

R. I. Contradicis Bellarmino loco supra dicto. 2. Quotiescunq; notare conditionem, quæ alterius speciei utum nobis liberum relinquat, ita ut ab ea abstinere queamus, non probabis. Nam ex eadem partic: concludi posset, Christum non præcepisse, sed liberum reliquisse panis Eucharistici usum, quia similiter particula, *Quotiescunq;* ad manducationem panis applicatur 1. Cor. 11. 26. Quotiescunq; manducaveritis panem hunc. E, Facite, applicat Apostolus ad communicationem fidelium secundum primam institutionem: Sed ibi comedebant & bibebant omnes v. 26.

Exc. 3.

Excipis 3. Verbo Facite suos Apostolos effecit plenipotentiariorum Sacramentorum *Zu gewalt haben der Heiligen Sacrament*, ac proinde necesse fuit, ut hos novos sacerdotes, quo modo Mensam Domini parare, consecrare ac accipere debeant, informaret, quod probat, verbum facere: significat enim Sacrificare secundum indolem Chaldaicæ, Hebraicæ & Græcæ lingvæ: quod Laicis applicari minime potest. Si autem Facite Pastoribus ad scribere volunt Lutherani, Manducate & Bibite communicantibus, audacter Christi sententiam dividant.

Ad quos
referatur
verbum
Facite.

R. I. Ad posterius ad quos referatur hoc verbum Facite? Sive ad solos sacerdotes referatur, sive etiam ad communicantes, exinde tamen probatur communicatio sub utraq; specie, Nam si ad solos ministrantes referatur, jubentur illi facere, quod Christus fecit, nempe calicem distribuere Omnibus suis communicantibus. Si ad communicantes; Hi edere & bibere jubentur & sic communi-

muni-

municatio sub utraq; specie præcipitur. Verum hoc mandatum pertinet ad omnes in Ecclesia, qui se probare possunt & mortem Domini annunciant. *1. Cor. 11. 26. & 28.* Nempe in Ecclesia hoc facite, quod vidistis me fecisse in distributione cœnæ, quo ad ea, quæ sunt essentialia in cœna. Ego distribui vobis cum utraq; specie, communicantes cum utraq; etiam specie Corpus & sanguinem meum sumant. Ex quo vides, nos non tollere officium sacerdotum & Auditorum, 2. Ex verbo Facere cogitas evincere, quod hoc in loco constituerit Apostolos missifices, & sic intelligere tantum Apostolos & eorum successores.

R. Significatio \bar{n} facere (& Hebræi *Asa*) est quidem admodum generalis, quare ex subjecta materia & annexis vocabulis explicandum est, *J* in hoc in loco vobis probandum est, quod agatur de sacrificio, si obtinere debet significatio sacrificandi, quod non probabis. Audi candorem Doctissimi vestri *Francisci Suaret*, 2. qui de Hoc facite in hunc modum loquitur *tom. 3 in 3. disput: 74. sect. 2.* Facere in scriptura idem solet significare, quod Sacrificare, præsertim quando juxta materiam subjectam talis significatio convenienter aptatur ut *Levit: 15. Luc: 2.* quod argumenti genus, *quanquam per se non Convincat*, tamen recte explicat veritatem hanc (quod sc. in Eucharistia Sacrificium sit) cum verbis Christi aptè convenire. Ex quibus vides, hunc virum fateri probabiles per tuasiones esse, posse ita accommodari. Sed quæstio nostra non est, an, si de veritate Sacrificii missifici aliunde constaret, verba illa *hoc Facite* accipi possint eo sensu & rei jam antè certæ accommodari: Sed an verbo illo *Facere* evinci possit quod præter Christi sacrifici-

Facere aut significet sacrificare.

Candor sua refj.

fici-

Non com-
modè dici-
tur, sacerdo-
tes sünd
gewalt-
haber.

ficiam alia quoq; propriè dicta sacrificia (â quibus nomi-
nentur pastores sacrificantes & verum sacrificium offe-
rentes) etiamnum in N. Testamento dentur, quod non
tantum in dubium vocatur, sed prorsus â nobis negatur
3. Nec stylo spiritus S. solito in S. literis convenit hæc phra-
sis; Sacerdotes potentiam habent in Sacramenta sic sünd
gewalthaber der Sacrament. Vocantur in scripturâ Dei
administri Zach. 13. 7. 1. Cor. 3. 9. Dei dispensatores Tit. 3.
legati 2. Corinth; 5. 20. Messores Matth. 9. 37. Christi
ministri Act. 1. 25. Ex se non loquuntur Jerem. 19. Ezech.
2. 8. & 3. 17. & 33. 7. Sine Deo nihil possunt. 1. Cor. 3. 7. 9.

III. argu-
mentum.

III. ARGUMENTUM.

QVos Christus in institutione Sacramenti iussit bi-
bere, illis non licet abstinere â calice in Eucharistia.
Omnes qui Eucharistia utuntur, Christus institutione Sa-
cramenti iussit bibere E. Nullis qui Eucharistia utun-
tur licet abstinere â calice in Eucharistiâ.

Min: probatur. Nam omnibus illis, quibus dixit edite,
illis dixit Bibite, Bibite inquit, ex hoc omnes Matth. 26. 17.
Ut nunc ð Edite, sic etiam ð Bibite obligat ad bibendum
& consequenter ad alteram speciem calicem sc: Nam
candem vim habet ð Bibite, quam habet ð Edite.

Exc. I. quod
solos Apo-
stolos obli-
gat institu-
tio utriusq;
specie.

EXCIPIS I.

HÆc verba solis Apostolis dicta sunt, E. non potest e-
vinci ex hoc, Calicem omnibus mandatum esse. An-
tecedens probas ex Matthæo. Accipiens Calicem; de-
dit illis (sc: duodecim discipulis) dicens Bibite (vos mei
Apo-

Apostoli) ex hoc omnes *c. 26. 10. 26. 27. 28. 29.* Ex Marco venit cum duodecim & dedit eis solis *c. 14. 17. 18. 22. 23. 24.* Ex Luca discumbit & duodecim Apostoli cum eo *c. 22. 15. 19. 20.* Imo Marcum arbitrum esse dicentem & *Biberunt ex hoc omnes*, item eo tempore nec foeminas nec Virgines nec ullos Laicos interfuisse.

R. I. Eadem via possum de priori coenae parte ratiocinari, qua tu argumentaris de Calice. Unde sequeretur nec panem esse omnibus porrigendum, imò tolleretur totum sacramentum, quomodo E. verum esset, quod Paulus scribit *1. Cor: 10. 17.* Unus panis, unum corpus multi sumus omnes, qui de uno pane participamus. Quis ausus fuisset Corinthijs commendare institutionem Christi & in ea corporis Christi manducationem & sanguinis bibitionem tanquam omnibus mandatam, qui invocant nomen Domini: Si illud praeceptum illave institutio Apostolos solos obligaret?

2. Si Laicis panem accipientibus esset abstinendum à Calice ideo, quia solis Apostolis dictum est, *Bibite ex hoc omnes*: Et illi soli adfuerunt, tunc etiam hodiernis sacrificulis abstinendum erit, quia illi neq; Apostoli sunt, neq; primae coenae interfuerunt:

3. Dicimus ergo concedendo, haec verba Christum dixisse solis Apostolis sed non ut Apostolis, verum habentibus & sit omnibus fidelibus qui possunt uti hac coena ut fidelibus, cum Christo communionem Argumentor hunc in modum.

Hac verba *Bibite ex hoc omnes* solis apostolis sunt dicta, vel quatenus Apostolis, vel quatenus ministris Ecclesiae vel quatenus fidelibus Christianis. Sed non locutus est Christus ad eos hoc loco quatenus Apostoli, quia soli Apostoli debuissent sumere Calicem, quod ipsi

M

nc-

negatis: Nec quatenus ministris Ecclesiæ. Sic enim & illi soli deberent sumere panem. Imo sequeretur, Laicos nullo modo debere sumere calicem, quos tamen sæpe sumfisse calicem imò adhuc liberè posse sumere, ipsemet fateris. E. quatenus fidelibus. Unde licet hæc verba in primo actu dicta sint solis Apostolis, tamen ita dicta sunt, ut pertineant ad omnes fideles, qui per ætatem Eucharistia uti possunt. Quo pertinet illud *Marci 13. v. ult.* Quod vobis dico (nempe ut fidelibus) omnibus dico.

EXCIPIS II.

Exc. 2.

S Paulus vocabulum *omnes* prorsus omisit, quod non misit partic. *omnes*. **R.** factum, si contineret mandatum Calicis *1. Cor. 11. 25.*

R. Nec ex partic. *Omnes* nude argumentamur, sed quod quemadmodum omnes fuerunt obligati vocabulo Edite, qui utuntur sacramento, ad panem sumendum, sic etiam vocabulo Bibite, quia illis ipsis fuit dictum, qui ederunt. 2. Aut concedit Paulus de omnibus Apostolis aut non: si non contradiceret Matthæo, quis hoc statuet de viro sancto, si concedit, inter ipsos est harmonia, nec unus contra alium produci potest.

EXCIPIS III.

Exc. 3. a. partic. demonstrati- va. Ex hoc

Christus dixit Bibite ex hoc omnes demonstrative. Nam dixit ex illo, quem in futuro sacerdotes benedicent. Ubi jam est calix ille benedictus &c.

R. 1. Hoc puerile figmentum tuis sacrificantibus simili modo objici potest.

2. Nullus sapiens Christum exclusive locutum esse interpretabitur.

EXCIPIS IV.

Except. IV.

Vocabulum Bibite, apud Lucam idem esse atq; Dividite cum inter vos *Luc. 22. 17.* quilibet modicum bibat

bat ut omnes de eo participetis. Non v. distribuite inter alios.

R. 1. Alium esse calicem paschalem & valedictorium alium Sacramentalem, de illo, non de hoc verba cita-
ta agunt.

2. Posito secundum *Augustinum*. 3. *De consensu Evangelist. c. 1.* Lucam de uno eodemq; nempe Sacramentali calice, utrobique loqui Dicere possem, quædam verba anticipasse, & quæ Matthæus & Marcus institutioni Eucharistiæ subjungunt, eidem prævisisse. Unde quia v. 17. commemorarat, Dominum accepisse calicem, benedixisse, jussisse inter accumbentes distribui, ubi jam v. 29. ad calicem Eucharisticum accedit, ista ut Paulo ante dicta, omnia præterit & tantum Commemorat verba, quibus Christus indicabat, quid calice illo porrigeret; Licet vero dicat distribuite inter vos, non a. distribuite inter alios, tamen hoc nihil facit contra nostrum argumentum, concludens, illi esse calicem dandum, cui panis traditus est.

EXCIPIS V.

EDere & Bibere in sacris literis sæpe unum quid deno-
tant *Lac cibus & potus vocatur. 1. Cor. 9. 7. Ps. 68. 22. Matth. 27. 49.* Quare igitur non unum quid essent Edere Christum & Bibere Christum.

*Exc. V.
Edere & bibere in sacris unum quid denotare.*

R. 1. Vicissim ex puris particularibus vitiose argumentaris.

2. Non juxta aliena exempla sed juxta institutionem Christi judicandum est, in qua Christus jubet Non suum sanguinem Edere sed Bibere.

EXCIPIS VI.

Omnes scandali zabimini in me, dictum est Apostolis, cur non etiam Bibite tantum ad Apostolos se extendat & Item vocabulum omnes non est semper tantæ po-

Except. IV

M 3 testa-

Exc. VI.

testatis, ut *Joh. 12.33.* Cum exaltatus fuero omnia traham ad me ipsum.

R. Ad prius: quod tantum Apostolis hæc dicta sint, inde est quia, cum iis tunc locutus est, ut cum passioni interfuturis discipulis. Cum autem Sacramentum cœnæ ipsis daret, non ut cum Apostolis, sed ut cum Civibus Ecclesiæ, totum fidelium cœtum repræsentantibus est locutus; Ubi verba institutionis omnibus nemines excepto dicta sunt. Ad posterius. Respondent nonnulli, quod quidem nonnunquam latius vocabulum, Omne extendatur: Verum nihilominus omnes comprehendere qui continentur sub subiecto, cui præponitur, si distributive sumitur, quod hoc loco fit. Sic in dato exemplo, omnes) versio vulgata reddis omnia sed Græc. codd. pleriq; aliter legunt) præponeretur subiecto electorum, hos n. subintelligendo scenset: E. Omnes Electi nullo excepto ad ipsum trahentur Sed commode universalitas ratione divinæ intentionis, acquisitionis & oblationis explicari potest.

Vocabulū
Omnis di-
stributive.
Sumta o-
mnia con-
tinet, que
in subiecto
comprehē-
duntur.

EXCIPIS VII.

Ubi scriptum est, quod Mulieres, Virgines, Rustici & Laici calicem bibere debeant it: Si omnes bibere debent, cur infantes non bibunt it: Abstemii & homines illi, qui habitant in regionibus, qui vinum acquirere nequeunt.

R. 1. In universali continetur particularis. Nam qui dicit, quod omnes homines, qui edunt sacramentaliter Corpus Domini, debeant etiam Bibere: Is quoque dicit cum benedictō pane Rusticos, Virgines etiam debere Bibere cum Calice sanguinem: Quia sub universali omnis qui edit Sacramentaliter Corpus Domini, etiam bibat, qui libet hic subsumere potest E. etiam ego qui edo sacramentaliter corpus Domini, bibam.

2. Par.

2. Particula illa non sumitur universaliter absolute pro omnibus sine discrimine hominibus: Sed de illis omnibus, qui ex mandato Christi panem benedictum manducarunt. Jam infantes non manducant ex mandato Christi panem benedictum, quia seiplos nondum probare possunt, quod tamen requiritur 1. Cor. 11. 28. Nec etiam Abstemii, quia post Panem possunt non sumere calicem cum vino, quod est alterum elementum necessarium, & iis qui manducare volunt mandatum.

Cur infantes nō manducant.

EXCIPIS VIII.

Negas illam consequentiam esse legitimam, Christus instituit Sacramentum sub utraq; specie E. omnibus hoc & non alio modo id sumere mandavit. Nam Deus instituit matrimonium & tamen Johannes Baptista Johannes Evangelista, S. Paulus & Christus ipse aliter facere ausi sunt? Instituit Sacerdotium & tamen non ad omnes pertinet, sed Personæ aptæ eliguntur. Sic Christus Apostolatam, & tamen per sortem Apostoli Matthiam elegerunt. Ita Baptismum, & tamen sine illo multa millia hominum ingressi sunt cœlum.

Exc. VIII. distinguendo inter institutionē & mandatum.

R. Consequentia nostra est sane optima: Nam 1. non potestis rationem firmam reddere, ob quam Christus hoc Sacramentum sub utraq; specie instituerit, si voluntas ejus non fuisset, ut sub utraque ab omnibus manducantibus Corpus Christi sacramentaliter sumeretur. Manemus tgitur in thesi, propterea Christum instituisse sub utraq; specie, quia ita voluit observari. 2. Distinguiamus inter institutionem 1. Status alicujus Ecclesiastici vel Politici vel Oeconomici. Quæ institutio non obligat cum Præcepto quemlibet ad certum statum determinate, sed hunc hominem ad statum Ecclesiasticum, alium ad Politicum, alium ad Oeconomicum. Et institutionem cultus alicujus divini: *Hunc vult Deus ab omni-*

mnibus observari, qui cum præstare possunt. Ad institutionem rerum primi generis pertinent tua exempla allegata, excepta confirmatione vestra, de qua nullum habemus verbum; ad institutionem rerum secundi generis pertinet communio sub utraq; specie. 3. Distinguiamus inter rem & modum rei in essentialibus. Res quædam non obligant in discretione, omnes homines, sed eos duntaxat, quibus institutio est præscripta, Et sic nos modus: ita ipsi rejicimus illam consequentiam: Deus instituit matrimonium E. omnes homines indiscrete debent illud inire. Deus instituit Sacerdotes E. omnes homines debent tales fieri &c: Verum quos obligat institutio rei, hos etiam obligat modus ipsius rei in essentialibus. Sic Deus instituit matrimonium E. qui vult illud inire debet hoc facere ex modo quo Deus instituit. Idem dicimus de aliis exemplis. Applicamus hoc ad nostrum scopum. Deus instituit Sacramentum cœnæ E. qui vult sumere Sacramentum cœnæ, eo modo debet sumere, quo idâ Christo est institutum. Aliter qui fecerit, is violabit institutionem Christi, quod sine peccato fieri nequit.

EXCEPTIO IX.

IX. Exc.

Objicis non nulla exempla, quibus nos ipsos Christi exemplo contrariari affirmas: Ut quod permittat Philippus loco vini alio liquore uti, quando defecit vinum. Quod loco calicis Pastor quidam usus fuerit quondam Cochleari, alius loco hostiæ pane similari. Sic nos non imitari Christum in lavandis pedibus *Joh. 13. 15.* Nec nos edere noctu, nec tantum duodecim accedere & quæ sunt aliæ circumstantiæ plures.

R. 1. Quæ de pastoribus, quibusdam refers sunt dubiæ fidei, forte calvinianis, adscribendæ nec faciunt ad
thesin

thesin tuam probandam. Sit ita, fuerit forsitan homo tam negligens, an statim exinde concludendum est, Lutherani quidam sunt tam negligentes, E. illorum doctrina est mala. Audi quid Sotus vester de pontificiis sacerdotibus dicat. Fatemur, inquit, non sine abusu esse, nec consuetudine aliqua excusari, quod nullo præsente, nec audiente nec respondente, sacerdos peragat officium Missæ *in assert. p. 61. Sic Lorichius p. 676. Institut.* Maximam hic videmus invidentiam, imò hæresin foedissimam Theologorum nostratum, quorum honoris gratia hic nomina conticere volo, quod pueros germanice baptizatos rebaptizarunt. Alia exempla & testimonia taceo.

Negligentia sacerdotum Pontificiorum.

2. His ferme similia sunt, quæ de Philippo ais. Nam ille dedit tantum consilium; non præceptum nec prohibet in locis, ubi copia vini est, ut à vobis fit. Revocabis tibi in memoriam indultum Innocentii VIII. Ante seculum permittentis, usum alterius liquoris, in cœna pro vino, Norvvegiis, quia copia vini ibi non est.

Philippæ concilium de altoliquore loco vini.

3. Distingvas in sacramentis inter essentialia & accidentalia. Essentialia debemus retinere integra in institutione, sed accidentalia libertati Ecclesiæ sunt relicta, vobis ipsis concedentibus. Jam communio sub utraq; specie pertinet ad essentialia, panis enim & Vinum sunt partes sacramenti; Quæ autē tu profers de tempore, quo distribuierit, de numero quibus distribuierit, de qualitate panis, de situ &c. illa pertinent ad circumstantias hujus sacramenti.

4. Maxima illa. Christi actio est nostra institutio procedit in jis quæ pertinent ad cultum, quem præcepit nobis. Sic lotio pedum à Christo, factæ quæ omnium ministeriorum humilima est, exprimit nobis omnibus exemplum, imitandum; & sic specie posita pro genere omnia

omnia

omnia humilitatis ministeria nobis commendantur, ad quæ nostri pastores suos auditores adhortantur, ceu & Paulus facit *1. Cor. 9. 19.*

IV. Argu-
mentum

IV. ARGUMENTUM.

QUamcunq; formam Sacramenti à Domino acceptam Apostolus Paulus Ecclesiæ tradidit, juxta institutionem & mandatum Christi, & Ecclesia Corinthiaca praxi sua observavit, illam in nostris Ecclesijs observare quoq; debemus. Atqui hanc formam sacramenti, juxta quam utraq; species Laicis porrigitur, à Domino acceptam Apostolus Paulus Ecclesiæ tradidit juxta institutionem & mandatum Christi, & Ecclesia Corinthiaca praxi sua observavit. **E.** Illam etiam in nostris Ecclesijs observare debemus. Major patescit exinde, quia Dominus est sapientissimus, pro videt optimum in Ecclesia & cogitationes ejus non sunt cogitationes nostræ, & sicut exaltantur cœli à terra, sic cogitationes Jehovæ cogitationibus nostris exaltatæ sunt. *Es. 55. 9. Paulus vocatus Apostolus Jesu Christi 1. Cor. 11. Segregatus in Evangelium Dei vas & organum electum Dei Act. 9. 15. Præter cujus Evangelium nullum aliud audiendum est sine anathemate Gal. 1. 8: Ecclesia Corinthiaca dives facta est in omnibus in Christo Iesu in omni verbo & in omnia scientia, testimonium Christi in ea est confirmatum &c. 1. Cor. 1. 4. & seqq. Minor ex 1. Cor. 11. 23. & cap. 10. 21. Petis à nobis ex Paulo mandatum de calice.*

Probatur
ex Paulo
calicem esse
mandatum.

I. Ex verbo
Facite.

Proferimus. I. Ex verbo Facite, præsupposito hoc, quod legitimus usus sacræ cœnæ, (quem mandatum esse à Christo negare non potestis) præscribatur hoc loco. Nam intellexerat, Corinthios varijs abusibus hoc sacramentum profanare ut videre est *ex c. 10. & initio c. 11. Verum*

rum

um ergo usum præscribit verbo Facite (nempe secundum Christi institutionem) quod quia mandatum includit & bis hoc loco usurpatur à Paulo, imo expresse de calice adhibetur, quis non vidit Paulum habere hoc loco mandatum v. 24. & 25.

2. Ex Verbo Tradere. Qui tradit institutionem observandam ille eam præcipit. Paulus tradit institutionem coenæ sub utraque à Christo factam Ecclesiae observandam. E.

2. Ex verbo

Tradere,

Præcipit illam institutionem coenæ à Christo factam, quæ est sub utraq; ut supra est probatum.

Majorem probo i. ex ipso Bellarmino vestro propugnatore acerrimo, cui tradere est præcipere. Cum enim Act. 16. 4. legatur: tradebant eis observanda placita illa, quæ decreta fuerant ab Apostolis & presbyteris Bellarm. de conc. t. 1. c. 18. p. 74. n. 20. sic explicat. Paulus præcipiebat eis custodire dogmata &c.

Tradere est

præcipere

Jam qui tradit institutionem rei observandæ, is tradit præceptum, quia institutio ritus observandi est præceptum ut superius probatum est. E Paulus præcipit, sic 2. ipsi Paulo v. 1. c. 11: ad Corinth, traditiones suæ & præcepta sunt *ἡ ἀποστολικὴ παραδοσις* 3. Hæc traditio præceptum divinum pro fundamento habet & sic præcepta est 4. Est traditio Apostolica & sic magis obligat quam traditio mere humana. Cum vero existimatis traditiones Papæ Romani obligare quidni obligaret Apostolica & qui posset violari, sine vulnere conscientiæ! Minor probatur ex 1. Cor. 11. 23. & c. 1. 2.

Exe. 1.

Tradere significat indicare

EXCIPIS I.

TRadere significat manifestare vel judicare, *angeben*. 1. Corinth. 15. 3.

R. Aliud est tradere simpliciter, & tradere in respec-

N

ctu

Et ad institutionem aliquam, in posteriori significatio-
ne Paulus in *1. Cor. 11.23.* Usurpat & tunc non est sine præ-
cepto. Imo studiose Paulus ita locutus est, videlicet ut
potestatem præcipiendi & prohibendi aliquid in substan-
tialibus cœnæ Dominicæ cuicunq; authoritati humanæ
adimeret & soli Christo assignaret. Sic longe fortius
obligat, quasi dicat, non consilium do, non ego præcipio,
sed præceptum Domini habeo.

Exc. II.

Apostolus
tantum re-
sidat histo-
riam.

EXCIPIS II.

Apostolus tantum loquitur de historia cœnæ nec man-
dare voluit ut, quilibet hanc imitetur: Quia neq;
unam neq; alteram sed nullam speciem nominat. R.
1. Non tantum recitat historiam, sed adhibet verba, quæ
expresse mandatum significant, de quo superius.

2. v. 22, Reprehēdit ἀνάξια, quæ in celebratione cœnæ ir-
reperat, quia non congruit cum institutione *1. Cor. 10.20.*
& seq. Ac eos judicare jubet (ex institutione Christi) de my-
sterio hujus sacramenti. *1. Cor. 10.15. E.* Et ipsis integrā cœ-
nam proposuit non historice tantum cognoscendam sed
præctice etiam exequendam.

Paulus ju-
bet cali-
cem bibere
& panem
edere.

3. Sit ita, non directe
jubere Apostolum panem edere & Calicem Bibere
Non sane id propterea factum fuit, quasi liberum relin-
queret sub una vel altera sumere, sed quia manifestè præ-
supposuit panem edi & Calicem Bibi, quod te conceden-
te à Corinthijs est factum. Interim jussisse etiam panem
edere & Calicem Bibere probatur ex Paulo. Quicumque
enim jubet Panem edere & Calicem Bibere digne, is
jubet simul panem edere & Calicem Bibere. Sed prius est
verum de Paulo ex v. 27. E. & posterius.

EXCIPIS III.

Exc. III.

EX verbis, probet seipsum Lutheranos probare non posse
mandatum de edendo, & bibendo.

L. Pari

R. Parium par est ratio & de iisdem est idem iudicium Atqui in 1. Cor. 11. 28. Prober seipsum homo & sic de pane illo edat & de calice bibat Hæc tria sunt paria vel probes contrarium. E. etiam de iisdem est idem iudicium & quemadmodum probet vesterbum mandati, sic etiam Edat & bibat. De particularia ET quam subijcis, quod nonnunquam sumatur disjunctive, de illo egimus superius. Hoc loco habetur *non*, de quo debuisses probare an sumatur disjunctive & quidem hoc in loco.

1. An si Restant adhuc duo dubia tibi eximenda. Concedatur (quod firmum esse conscientia tibi dicitur) Paulum, Corinthiis utramq; speciem distribuisse, probari possit quod unam rejecerit tanquam illegitimam, cum tam unam quam utraq; sufficientem ad salutem iudicavit v. 27.

An Paulus
reiecit
unam spe-
ciem ut il-
legiti-
mam.

R. I. Proba quod unam speciem iudicavit suffi- cientem ad salutem, namq; v. 27. non docet distincte utraq; partem sumi, sed circa utraq; partem peccari posse.

2. Assume regulam Theologicam Patrum Chryso- stomi homil. 6. de spiritu S. adorando. Quod non est scri- ptum, non est sentiendum. Tertulliani, Scripturæ quæ non habet, negat. Quod Lutherus signanter eloquitur. In rebus Sacris vehementissimus & robustissimus locus est, argumentum ducere ab autoritate divina negative. Jam communionem sub una scriptura non habet E: il- lam non approbat.

Regula
Theologica.

3. Præsumere, Apostolum Christi statuere contra institutionem Christi Domini, impium est.

An Paulus
voluerit, u-
tramq; spe-
ciem toti

SECUNDUM DUBIUM EST.

AN S. Paulus voluerit utramq; speciem uni parti Ec- clesie an vero toti Ecclesie communem esse.

Ecclesie esse
commune.

N 2

R. Du-

R. Dubium hoc solvi potest ex ipso Paulo .

1. Quos hortatur, ut mortem Domini annuncient, eos monet ut ex poculo Domini bibant. Atqui etiam Laicos hortatur ut mortem Domini annuncient v. 26. E.

2. Quos absterret à cultu idolorum, medio termino à communionem integræ coenæ sumpto; eis vult integram coenam esse communem. Sed omnes in Ecclesia viventes, qui possunt uti coena, absterret à cultu idolorum, medio termino à communionem integræ coenæ sumpto. E.

Majorem facile concedis: qui enim posset aliquis absterri ab aliqua re argumento ducto ab illo quod ei non conveniret.

Minor liquet, ex 1. Cor. 10. 14. Ubi Apostolus proponit thesin, dilecti mei fugite à simulachrorum cultu: Omnes vero qui possunt sumere sacramentum, hos intelligit in subjecto ex v. 15.

Non potestis poculum Domini bibere & poculum Daemoniorum v. 21. & v. 16.

3. Pro quibus coena instituta est à Christo, ea nocte qua traditus fuit, illos obligat præceptum Apostolicum.

Jam pro omnibus fidelibus coena est instituta & omnes fideles obligat.

Quæ sub jicis de communionem infantum, illam ipsi non approbatis, fuit enim irrationalis consuetudo & proinde non facit argumentum pro consuetudine communionem sub una specie.

Ex superabundanti etiam auctoritates patrum producere possem diversis seculis viventium, qui de communionem sub utraq; agant, nulla mentione facta unius tantum speciei pro Laicis, sed ne disputatio nimium excresecat & cum à Theologis ante hac talia testimonia

col.

V. Argum.
ab auctori-
tate pa-
trum.

collecta sint præsertim à Domino Chemnitio parte. 2.
 Examins Concilii Tridentini, de communione sub u-
 traq; specie & asservatione sacramenti ad quæ nondum,
 fuit responsum, hanc rem paucis tangam. *Primo seculo*
 habemus S. Paulum, Ignatium ad Ecclesiam Philadel-
 phensem; *Secundo seculo* habemus Justinum in Apolo-
 gia secunda, ad Antoninum Imperatorem. Pium pri-
 mum Papam apud Bellarminum l. 2. c. 5. p. 141. Irene-
 um apud Eundem libro all. p. 143. 3. *secundo seculo* Tertul-
 lianum, Originem Cyprianum. *Quarto seculo* habe-
 Cyrillum vide apud Bellarm. l. 2. c. 13. p. 2. p. 184. Ambro-
 sium Leonem.

Quinto seculo, Chrysostrum, Hieronymum, Augu-
 stinum Gelasium. Sic in Concilio Toletano III. cap. 2.
 Manifeste sancitur Eucharistiæ usurpatio sub utraq; spe-
 cie pro populo. Vult enim pius Rex Symbolum Concilii
 Constantinopolitani, singulis Dominicis, diebus, clarâ
 voce recitari eaq; recitatione corda populorum fide pu-
 rificari & sic demû ad Christi corpus & sanguinem præ-
 libandum populos purificato corde per fidem accedere
Sexto seculo. Remigium, *Septimo* Gregorium tom. 22. in
 Evangelia. 8. *Demascenum*. 9. *Seculo*, Paschasium &
 Theophilactum &c.:

Taceo jam multos scholasticorum. Quæ omnia con-
 siderans è vobis *Wilhelmus Lindanus* cogitur in hæc verba
 prorumpere; Quod per occidentem fuerit populo u-
 traque species administrata in proximum fere usque ad
 Constantiensis synodi seculum, haud prolixa opus ha-
 bet demonstratione l. 4. *Panop. Evangel. c. 26*. Consentit
 etiam *Cassander artic. 22*, sic scribens in sua consultatione.
 De administratione S. S. Sacramenti Eucharistiæ satis cõ-
 pertum est, Universalem Christi Ecclesiam in hunc usq;

*Lindoni
 confessio.*

*Consentit
 Cassander.*

N 3

diem

diem: Occidentalem vero seu Romanam mille amplius à Christo annis in solenni præsertim & ordinaria hujus Sacramenti dispensatione utramq; panis & vini speciem omnibus Ecclesiæ Christi membris exhibuisse. Hæc ille. Et petimus à vobis, ut unum exemplum proferatis, quod in legitima & solenni administratione cœnæ dominicæ una duntaxat species, altera subtracta, fidei populo dispensata fuerit.

An Eccle-
siâ habeat
sufficientes
rationes
calicem
subtrahendi

NVM ECCLESIA SVFFICIENTES
causas habuerit hac vice calicem
subtrahendi?

Audiemus an causæ tam graves sint, propter quas in hodierno Regno Pontificio distributio τῆς ποτηρίου prohibita est, quam tamen filius Dei in testamento suo instituit & mandavit,

1. Utraq; species simplices homines in errores ducere posset. Ad hoc superius responsum.

2. Periculum est effusionis: Ne scilicet ipse sanguis Domini, profuso vino, quod in illum est transubstantiatus & transmutatus profundatur. Sed refutato à nobis errore transubstantiationis, quod Vinum extra sumptionem non sit pars Sacramenti, cadit etiam hoc illorum argumentum sive periculum.

3. Abstemii qui non bibunt vinum, si ad bibendum cogerentur: sine irreverentia vix sumerent.

De abste-
mii

R. 1. Si Abstemii inveniuntur, qui tantillum vini sumere non possent (quales dari vix credibile) illorum pauci forent, ac ob hos major multitudo vinum bibentium negligere non deberet institutionem Christi.

2. Possent etiam inter Sacerdotes inveniiri abstemii, E. etiam Sacerdotibus calix non esset porrigendus.

3. Si

3. Si autem invenirentur abstemii, illi minime forent cogendi, sed informandi, quod propter ipsos institutio Christi non sit mutilanda. Nec desperandum ipsis esse, siquidem DEUM illos à communi lege hominum exemisse, ac præscripsisse alia media adhuc salutis, nempe nō credere. Hic valere illud; Crede & manducaasti. Non privatio sed contemptus damnat. Nec Deum alligasse salutem fidelium Sacramentis, exemplo Latronis.

4. Penuria vini in quibusdam Regionibus, ad quas etiam difficulter ex aliis locis advehi potest, Et quidem majori constaret precio, quam ut comparari possit: Si omnes vero bibere deberent contra facultatem & naturā suam; quomodo Christi jugum est Jugum, Svave *Matth. 11, 30.*

R. 1. Nullis parcendum sumptibus, ut ordinationi Christi satisfiat. 2. In nonnullis locis etiam est penuria panis, ubi loco ejus utuntur radicibus. E. etiam abstinendum esset pane. Et sic totum Sacramentum posset tolli. 3. Nulla est etiam consequentia. In quibusdam locis non habent vinum E. communio tantum sub una specie fiat. Quidni simili modo possum sic concludere. In quibusdam Regionibus non habent Vinum E. Vinū aliis populis in usu communi est prohibendum.

Nec valet, argumētatio. Quicumq; jubet magno sumptu bibere vinum, is imponit onus grave non leve. Nam licet multis crux, quæ etiam est jugū Christi, quod suis imponit, videatur grave quid, tamen aliis *piis videl.* gravis non est: bonum est mihi Domine quod humiliasti me, orat David *Psal. 119. 71.* Sic etiam licet Pontificiis videatur grave jugum, solvere pecuniam pro re, qua Christi voluntas completur (cum tamen alios multos sumptus nianiter collocent), tamen vere credentibus non ita videtur.

detur,

detur. Nam id iis non molestum est; sed suave, jucundum atq; adeo suavius melle ac fave. Ad bibitionem a. nemo cogatur. Nec scio quid velis; his verbis, quæ subjungis: Christus ist eben für die da Bier oder Wasser/als die da Wein trincken/gestorben/sequatur ne hæc conclusio. E. communicandum est sub una specie?

Profanatio

5. Profanatio metuenda, nempe ne vinum frigore concreascet vel ac escat vel effundatur. Quasi has rationes Christus non præviderit & quare Clerici non ob has essent calice spoliandi?

Nimij haustus.

6. Posset fieri ut quis nimios haustus faceret & ultimo nihil relinqueretur. R. Scurrilis est ratio: quasi homines nō possint informari, quod non deberent institui in S. cœna helluationes & compotationes, Sed actionem esse longe sanctissimam in qua non sit cogitandum de ventris & gulæ impletione. Imo si quandoq; fiat ut exhauriatur antequam omnes bibant, nullum interdictum extat quo minus aliud infundatur & consecratur.

Longe Barba.

7. Cum dolore aspiciendum; viros longas suas barbas immittere; R. Pudeat tã puerilem rationē & jejunam proferre pro mutilatione cœnæ. Sane si ob hanc rationem mutatur institutum Christi, melius foret omnium barbas abscindere.

Perversitas hominum.

Ultima est, quia homines quam diu biberunt ex calice facti sunt quotidie deteriores. R. Nostri pueri responderent ad tuum argumentum, in eo fallaciam accidentis committi, perinde ac si sic argumentarer. *Lindanus l. 3. Strom. fol. 55.* Dicit Literati in collegiis mox ubi opulentas impetrarunt præbendas suo se dant otio parum sancto, & quasi ad laborum finem sit perventum, ita sese gerunt ignari & functionum fere omnium, potissimum sacro-

KLUB

rum studiorum immunes; E. Nulli præbendæ sunt dan-
dæ. Sic multos Monachos esse hypocritas & damnatos,
inquit *Bellarminus lib: de gemitu columba*, Scandalosos ib:
patrimonii Christi profutores *teste Lorichio p. 79. 6. instit.*

Scortatotes inpurissimos *Bellarm. l. alleg.* Ergone
concedis illam conclusionē, Monachatus est improban-
dus.

Hæ fuerunt stramineæ, quas Pontificii vocant gra-
vissimas, causæ, ob quas sacrilegium in subtrahendo La-
icis calice perpetrarunt. Sane si hæ rationes aliquid
evincerent, Christus invidus dicendus esset, quod has ra-
tiones non providerit & nobis non annunciarit, cum ta-
men omne consilium Dei nobis revelaverit.

ECCLESIA HABUIT PLENARIAM
potestatem, calicem hac vice abrogandi.

Distinguendum est inter essentialia, & Accidentalibus
articulorum fidei. Posteriora quidem subsunt ordi-
nationi Ecclesiæ. Essentialia a. & quæ pertinet ad substan-
tiam articuli fidei aut Sacramenti, ea non subsunt ordi-
nationi & dispositioni Ecclesiæ. Jam Benedictus Calix
est de substantialibus partibus coenæ E. hic non est dispo-
sitioni & ordinationi Ecclesiæ subjectus. Minor proba-
tur, quia materia est de substantia rei. Atqui calix mate-
riæ rationem habet *teste Irenæo l. 4. c. 34.* E. Majorem si ne-
gas, contrarium ex Scriptura, evincas aut fides tibi à no-
bis non habebitur.

Adducis quidem aliquot exempla pro autoritate
absoluta Ecclesiæ, quam bene æquus lector judicabit
Priusquam a. ea aggrediamur considerandum est illud
Augustini *contra Crescent. cap. 33.* quod nobis objicis. In so-
lentissimæ in sania est disputare contra id, quod universa
sentit Ecclesia.

*Distingu-
endum in-
ter essentia-
lia
& Acciden-
talia arti-
culorum,
fieri*

*Insania est
contra uni-
versam Ec-
clesiam.
disputare*

O

Verum

Verum vestra hodierna Romana Ecclesia non est
 universa Ecclesia cum vera universalitas consistit in
 approbatione universalis doctrinae propheticæ & Apo-
 stolicæ, quæ apud vestram Ecclesiam minime est, sed mul-
 tos articulos non profitemini eo modo, quo sunt revela-
 ti: Hinc etiam male argumentaris ab illis Ecclesiis quæ
 veræ Ecclesiæ fuerunt ad vestram. Sed videamus tua ex-
 empla.

Moses inter
 misit cir-
 cumcisio-
 nem

I. Mose justis de causis mandatum Domini de cir-
 cumcidendis pueris octavo die intermisit *Gen. 17. 8. Le-
 vit. 12. 3. Jos. 5. 6.*

R. I. Male argumentaris à Mose ad vestrum ca-
 put Ecclesiæ. Nam illius verbis Deus vult credi tanquam
 ejus, qui Dei verbum nunciet *Exod. 19. 9.* Quod non legi-
 tur de pontifice. Moses in nube cum Deo quadraginta
 diebus & 40. Noctibus versatur. *Exod. 24. 2. & 18.* Mose lo-
 quitur Deus facie ad faciem *Exod. 33. 9.* Quod vestro Pon-
 tifici non est factum. 2. Non legitur quod mutilarit
 sacramentum. 3. Mose Deus immediate locutus est, illi
 ergo divina dispensatio quo ad circumcisionem inter-
 mittendam cogitata fuit.

II. Deus Mandavit Sabbatum celebrare *Exod. 20. 8.
 31. 13.* quod mandatum intermiserunt Macchabæi gravi-
 bus ex causis *1. Macc. 2. 41.*

R. Imitamini Phariseos, accusantes opus aliquod
 necessarium facientes in Sabbato: Quod Christus mini-
 mè prohibet. Hinc defendit suos discipulos. *Luc. &
 Marc. 6. & Matth. 12.* Et si licet bovem, quæ in foveam in-
 cidit extrahere *Matth. 12. 11.* Solvere bovem aut Asinum à
 præsepi & ducere aqutum *Luc. 13. 15.* Bovem aut Asinum
 ex puteo extrahere *Luc. 14. 5.* (quod nec superstitiosi Pha-
 risæi

risæi negabant) si inquam, licuit jumento succurrere quidni homini in casu; necessitatis & in periculo vitæ constituto? Quare rectius rem considerans *Matthias Assamoneus*, dicit: Si omnes fecerimus, ut Fratres nostri fecerunt & non pugnabimus contra gentes istas pro vita nostra & statutis nostris, jam celerrime profligabunt nos e terra. Imò jussu divino rem bellicam Sabbato tractatam esse videri potest *ex c. 6. Josue v. 4.*

III. Deus jussit erigere Serpentem æneum *Num. 21. 8.* Ezechias jussit justis de causis illum confringere *4. Reg. 8. 14.*

Ezechias
confrigit
Serpentem.

R. Hic Serpens tantum ut sanitatis recuperandæ gratia respiciatur; ab hominibus percussis factus est; Non autem cultum aliquem divinum; ablata hac plaga & sine sublato, abusu e contrario illo accedente quod adolebant ei incensum merito etiam hic serpens est ablatum.

IV. Deus mandavit septimum diem celebrare. Christiana Ecclesia celebrat octavum.

Celebratio
Sabbathi.

R. Diei Sabbathi in Dominici commutatio sua natura est adiaphoron in N. Testamento in Ecclesiarum libertate positum, ex testimonio Pauli *Collofs. 2. v. 16.* Deinde octavum celebrare diem ex ordinatione Apostolorum originem habet. Nam si prima Sabbatorum cultus divini gratia conveniebat *Act. 20. 7.* In recordationem resurrectiones Christi: sic habemus Exemplum Pauli ordinantis ut prima quoque die hebdomadis collectæ instituerentur in Ecclesia Corinthiaca *1. Cor. 16. 1. & 2. Vide Act. 2. 1.* Hinc ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ *Apos. 1 16.*

Inter mit
tur immer
sio.

V. Johannes c. 3. 25. & Paulus *Rom. 4. 6.* In Baptizatione immersionem, intellexerunt, quod hodie non

O 2

R. Bor

R. Βαπτίζεν καὶ βάπτισμα σημαίνει tam immersionem quam aspersionem, posterius in nostris Ecclesiis fit. Et hæc pertinent ad circumstantias.

VI. Objicis Lotionem pedum. Ad quod superius responsum audivisti.

Infantium
Baptismus.

VII. Christus jubet: Ite & docete omnes Gentes & baptizate eos *Matth. 27. 19.* Hodie Infantes non capaces doctrinæ baptizantur.

R. Ex textu Matthæi pro anabaptistis non potest probare, quod Apostoli Infantes non baptizarint: In Græcæ enim habetur μαθητεύσατε omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris &c. Atqui Infantes potuerunt fieri μαθηταὶ τῶν Χριστῶν, possunt enim credere *Matth. 18. 6.* Deumq; laudare *Pf. 8. 3.* Ergo potuerunt etiã Apostoli eos baptizare, quod etiam fecerint, patet ex Actis Apostolorum *c. 10. & 16. it: 1. Cor. 1.* Ubi legitur, quod Apostoli integras familias sive domus in quibus procul dubio Infantes fuere, baptizarint. Nec ullibi etiam legitur, Infantes fuisse à Baptismo exclusos.

Paulus abrogavit legalia.

VIII. Paulus observavit legalia judaica, quæ abrogavit cum Galatæ putarent sine iis non posse hominem salvum fieri *Gal. 2. 5. & 14.*

R. Circumcisio pertinet ad ceremonias legis & sic in N. Testamento v. 4. in libertate Christiana sita est Sed minime institutio vel mutilatio Sacramentorum.

Cyprianus
utilem ju-
dicavit Ba-

IX. Olim non nulli Pæbaptismum inutilem judicaverunt, nisi fieret octavo die; quo circumcisio facta est. Sed Cyprianus contra rium dicit.

ptismum
ante 8. diē

R. Illi non recte senserunt, & proinde recte rejecti à Cypriano, ut qui statuerent aliquid in divinis tanquam necessarium sine auctoritate scripturæ. Nam pro circum-

cum-

cumcisio fieri deberet octavo die, expressum Dei mandatum requirit; De Infantibus octavo tantum die baptizandis non habemus Dei mandatum.

X. Olim trina vice immersio in baptismo facta est ad Trinitatem personarum significandum contra Arianos.

Trina immersio.

R. Immerisionis numerus non est de substantia baptismi.

XI. Agrippinus rebaptisationem excogitavit, cui contradixit Spephanus Episcopus Romanus.

Rebaptisatio.

R. Quia fuit contra scripturam, ex scriptura contradixit, non ex sua auctoritate vel arbitrio.

XII. Olim nonnulli contumaces pascha secundum Mosaicum morem celebrare voluerunt 14. April. sed contradixit Victor Romanus Episcopus.

R. Festum hoc cardinale est rituale quid, non dogmaticum, & Victori necessitatem extruendi contradixit realij Orthodoxi.

XIII. Jejunare certis temporibus fuit interdictum, sic etiam abstinere semper a carne.

Paschala celebratio.

Et recte: Hac enim sunt commissa libero singulorum arbitrio nec expressum est in S. literis, debere illud hoc vel illo tempore fieri, his vel illis cibis intermissis; Licet Jejunare morale sit 1. Cor. 7. 5.

XIV. Licet Nestorius voluerit Mariam debere Matrem Christi non matrem Dei vocari, tamen in Ephesino Concilio contrarium mandatum est. Et licet Christus azymo pane suam coenam peregerit, nec panem fermentatum prohibuerit, tamen quia Græci urserunt panem fermentatum, contrarium rationaliter decretum est.

O 3

R. Ma-

Maria
θεοτόκος.

R. Maria in θεοτόκος etiam scriptura probat verbis æquipollentibus *Luc. 1. 31.* Hinc etiam id patres ex scripturis probant Et sic Ephesinum Concilium hoc non decrevit ex propria auctoritate. Deinde fermentatio & carentia fermenti pertinent ad accidentales differentias panis & necessitatem urgendo utraq; pars hic peccat.

XV. Manichæi ex Africa profugi venientes Romam, ne agnoscerentur, cum Catholicis sub specie panis duntaxat (ut semper in more fuit) communicarunt; Non ideo, quia Catholici eo tempore sub unica specie communionem instituerunt, sed quia in illo errore hæserunt, Vinum à Diabolo esse. Ut huic errori obviiaret, Gelasius Romanus Episcopus, mandavit utramq; speciem, ut separarentur Manichæi à Catholicis.

R. Non Gelasium ideo tantum mandasse ut secundum utramq; speciem communicarent, ut separarentur Manichæi à Catholicis.

(Nam nullo fundamento testari poteris Catholicos tempore Gelasii abstinuisse à Calice) sed partim, quia Manichæi abhorruerunt à vino & propterea noluerunt in cœna bibere, partim quia nonnulli ex superstitione aliqua à Calice sancti Christi sanguinis abstinuerunt, hinc canonem illum juxta institutionem posuit Gelasius *de Consecrat. dist. 2. c. Comperimus.* Aut integræ Sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, eo quod divisio unius ejusdemq; Sacrificii sine grandi Sacrilegio nequeat provenire. Quæ ratio est generalis & Pontificios quoque premit.

Antepenultima paragrapho notamus insigne tuum mendacium, quando accusas, nos docere, Quemlibet oportere bibere ex Calice, nisi velit naufragium facere salutis

salutis

salutis æternæ; Quod sane in æternum non probabis. Qui ex proæresi mutilat cœnam, de illius salute, meritis & tribidamus.

Ultima *S* quibusdam verbis subdole nos perstringis quasi diceremus, *S*. scripturam cuilibet esse facilem intellectu.

R. Non simpliciter facilem esse asserimus, sed illi qui supra posita requisita in lectione scripturæ observat quod è nostratibus unus aliter atq; aliter unum atq; alterum locum scripturæ interpretatur, id dicimus fieri ob obscuritatem rerum & imbecillitatē intellectus: & Major discrepantia est inter vos in interpretatione locorum quam inter nostros.

Secra scriptura est facilis. intellectu.

Contradicis etiam tuis sociis ponens hanc thesin: Scripturam esse perspicuam & claram at alii pontificii hanc ponunt, Scriptura non est perspicua & Clara. Sed quis omnes tuos errores enumerare posset? Nos hic subsistimus & tibi sanioerem & veritatis amorem: seductis vero reditum ad veritatem precamur.

DEO SOLI GLORIA.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

DEO SOLI GLORIA

Coll. chin A 192, 33